חֲטָאוֹ, חֲטָאִים, eſt de forma quinque punctorum, ſed quia alleuiatur dictio à punctis, ſicut & שָׁוְא, ponitur Scheua pro Segol, & variatur vt חֵלֶק, de quo ſuprà: id eſt, vt nomen quinque punctorum, incipiens à gutturali. Habet etiā quandoque ſecundo loco Daghesch, vt חַטָּאִים, ſed venit à חַטָּא.

Formæ in He exeuntium.

תַּאֲוָה Deſideriū. מִצְוָה Præceptū.

חָמֵשׁ & חֲמֵשׁ Quinque.
שֵׁשׁ & שֵׁשׁ Sex.
שֶׁבַע & שְׁבַע Septem.
שְׁמֹנֶה Octo.
תֵּשַׁע & תְּשַׁע Nouem.
עֶשֶׂר Decem.
אַחַת עֶשְׂרֵה Vndecim.
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Duodecim.
עֶשְׂרִים Viginti.
אַחַת וְעֶשְׂרִים Vna & viginti.

Mascul.

אֶחָד & *אַחַד Vnus.
שְׁנַיִם & שְׁנֵי Duo.
שְׁלֹשָׁה & שְׁלֹשֶׁת Tres.
אַרְבָּעָה & אַרְבַּעַת Quatuor.
חֲמִשָּׁה & חֲמֵשֶׁת Quinque.
שִׁשָּׁה & שֵׁשֶׁת Sex.
שִׁבְעָה & שִׁבְעַת Septem.
שְׁמֹנָה & שְׁמֹנַת Octo.
תִּשְׁעָה & תִּשְׁעַת Nouem.
עֲשָׂרָה & עֲשֶׂרֶת Decem.
אַחַד עָשָׂר Vndecim.
שְׁנֵים עָשָׂר Duodecim.
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר Tredecim.
אַרְבָּעָה עָשָׂר Quatuordecim
עֶשְׂרִים Viginti.
אֶחָד וְעֶשְׂרִים Vnus & viginti.

* Duplex forma hîc ponitur, propter duplicem statum dictionum. Aliter scribuntur in statu absoluto; aliter quoque in regimine.

A tribus ad decem vsque generi masculino additur He, & non feminino, contra naturam aliorum nominum, in quibus solet He esse nota feminini generis: præterquam in שְׁמֹנֶה, quod vtroque genere habet He, præcedēte in masculino ‥, feminino verò ‥.

Omnes numeri cardinales, à viginti, & suprà, sunt generis cōmunis: quod de maiori numero tamen, & non minori dicitur.

POST VIGINTI NVMERANT ARTICULOS PRO VTROQUE GENERE SIC:

שְׁלֹשִׁים Triginta.
אַרְבָּעִים Quadraginta.
חֲמִשִּׁים Quinquaginta.
שִׁשִּׁים Sexaginta.
שִׁבְעִים Septuaginta.
שְׁמֹנִים Octoginta.
תִּשְׁעִים Nonaginta.
מֵאָה & מְאַת Centum.
מָאתַיִם Ducēti, ducētæ.
שְׁלֹשׁ מֵאוֹת Trecenti.
אֶלֶף Mille.
אֲלָפִים Millia.
אַלְפַּיִם Duo millia.
שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים Tria millia.
רְבָבָה & רִבּוֹא Decem millia.
שְׁתֵּי רִבּוֹת Viginti millia.
אַרְבַּע רִבּוֹא Quadraginta millia.
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹ Duodecies decē millia .i. cētum & viginti millia.

NVMERI ORDINALES.

Feminin.

רִאשׁוֹנָה Prima.

Redditiua: אַף עַל פִּי כֵן, Tamen.
Causalis: אִם Si. לוּלֵא, לוּלֵי Nisi
Rationalis: כִּי Quia, Quod. לְמַעַן Vt.
שֶׁ אֲשֶׁר Quòd. יַעַן, עֵקֶב Propterea, eò.

INTERIECTIONES.

Dolentis: הִי, אוֹי, הוֹ, הוֹי, אֲבוֹי, אִי Væ. אֲהָהּ Ahah. אָח Ah, Heu. הָהּ Heu.

Gaudentis: הֶאָח Euge.

Exclamantis: הוֹי ô.

Admirantis: אֵיךְ, אֵיכָה Quomodo! הֲ An.

Blandientis: אָנָּה, אָנָּא, נָא Obsecrò.

DE NVMERALIBVS.

HEBRAEI numerant per literas alphabeti, sicuti & Græci; & nos per ciphras, quæ vox Ciphra, quia Hebræis numerationem significat, videtur ab illis esse mutuata סְפִירָה Numeratio.

Numerantes Alphabetum ita diuidunt, vt primus ordo Vnitates, secundus Denarios, tertius Centenarios, quartus Millenarios complectatur; vt ex sequentibus apparebit.

VNITATES.

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

DENARII.

90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י

CENTVRIAE.

600	500	400	300	200	100
ם	ך	ת	ש	ר	ק
			900	800	700
			ץ	ף	ן

Post Tau etiam multi alias literas ita iungunt:

1000	900	800	700	600	500	400
תתר	תתק	תת	תש	תר	תק	ת

MILLENARIA.

5000	4000	3000	2000	1000
הֿא	דֿא	גֿא	בֿא	אֿ
	9000	8000	7000	6000
	טֿא	חֿא	זֿא	וֿא

Numeri componuntur ad hunc modum.

17	16	15	14	13	12	11	10
יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא	י
25	24	23	22	21	20	19	18
כה	כד	כג	כב	כא	כ	יט	יח
			30	29	28	27	26
& sic deinceps.			ל	כט	כח	כז	כו

Vbi Quindecim per יה numeranda fuerant, Iudæi טו superstitiosè vsurpant, eo quòd יה sit vnum ex diuinis nominibus.

Numerant per integras quoque dictiones.

Cardinales in vtroque genere.

Feminin.

אַחַת & אַחַת Vna.
שְׁתַּיִם & *שְׁתֵּי Duæ.
שָׁלוֹשׁ שְׁלֹשׁ Tres.
אַרְבַּע Quatuor.

Demonstrandi: הֵן En. & הִנֵּה Ecce.

Optandi: לוּא, לוּ Vtinā. מִי יִתֵּן Quis dabit, id est, ô si.

Hortandi seu Obsecrandi: אָנָּא, אָנָּה, נָא Eia, Age, Quæso.

Ordinis: עוֹד Adhuc, Præterea: אַחַר Pòst, Postea.

Interrogandi: הֲלֹא Nónne? אֵיכָה, אֵיךְ, מַדּוּעַ, לָמָּה Cur, Quare? Quomodo, Qualiter?

Similitudinis: כְּמוֹ Quasi, Tanquam. כֹּה, כֵּן Sic.

Qualitatis: טוֹב Bene. רַע Malè. אָמְנָם Verè. יָשָׁר Rectè. נָכוֹן Aequè. בִּמְהֵרָה In festinatione, pro Festinanter.

Efferunt enim quandoque Qualitatis aduerbium per substantiuum, cum litera seruili præposita, vt בְּמִשְׁפָּט In iudicio, pro Legitimè. בְּחָכְמָה In sapientia, pro Sapienter. לָבֶטַח Ad spem, pro Confidenter. כְּבִינָה Secundum intelligentiam, pro Sapienter.

Quantitatis: הַרְבֵּה, רַב Multum. מְעַט Parum. זְעֵר Modicum, Paululum.

Comparandi: יוֹתֵר Magis, Plus.

Vehementiæ: מְאֹד Valde, Maximè.

Remissionis: מְעַט מְעַט Sēsim. לְאַט Lentè, Paulatim.

Dubitādi: אוּלַי Forsan. אִם An.

Separandi: לְבַד Seorsum.

Congregandi: יַחַד Simul, vnà, pariter.

Prohibendi: אַל Ne. לֹא Non.

Euentus: פֶּן Ne forte.

Gentis, quæ fiunt ex adiectiuis femininis, vt עִבְרִית Hebraicè. אֲרָמִית Syriacè. יְוָנִית Græcè. רוֹמִית Latinè. יְהוּדִית Iudaicè, &c.

Aduerbiorum Comparatiui fiunt adminiculo יוֹתֵר Magis. & *Superlatiui ope* מְאֹד Maximè. veluti יוֹתֵר טוֹב Magis bene, id est, Melius. רַע מְאֹד Malè maximè, id est, Pessimè.

Pauca quædam ex his Aduerbia hoc modo recipiunt Affixa:

הֵן Ecce. הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ, הִנְּךָ, הִנְּכֶם, הִנָּם, הִנְנִי vel הִנֵּנִי.

אַיִן Non. אֵינִי Non ego. אֵינְךָ Non tu. זוּלָתִי, זוּלָתְךָ Præter te. כְּמוֹ Sicut. כָּמוֹהוּ, כָּמוֹךָ, כָּמוֹנִי, כְּמוֹהֶם.

אַיֵּה. אַיֶּכָּה Vbi tu?

Recipiunt autem partes non declinabiles affixa, partim vt nomina, partim etiam vt verba, quemadmodum in exemplis iam patuit.

CONIVNCTIONUM potestates.

Copulatiua: וְ Vau, de qua suprà satis multa diximus. אַף, גַּם Etiam.

Disiunctiua: אוֹ Vel, Aut.

Continuatiua: כִּי אִם Sed.

Aduersatiua: אֶפֶס כִּי, אוּלָם Quāuis.

מִמֶּךָּ. Mutat etiam quandoque Hiric in Segol: vt מֶנִּי De.

אֵת. אִתּוֹ, אִתְּךָ & אִתָּךְ in pausa: אִתָּה, אִתְּכֶם. Suscipit omnia affixa, mutans Segol in Hiric, & daghessans Tau.

עִם. עִמִּי, עִמָּדִי (& per pleonasmū Daleth, vt quidam volūt.) עִמָּכֶם, vel עִמְּהֶם.

בִּגְלַל. בִּגְלָלוֹ Propter eū. בִּגְלָלְךָ, Propter te.

נֶגֶד. נֶגְדּוֹ, נֶגְדִּי, נֶגְדְּךָ, נֶגְדָּם. Recipit affixa, & literas seruiles, veluti לְנֶגֶד, כְּנֶגֶד.

לִפְנֵי. לְפָנַי Corā me. לִפְנֵיהֶם, לְפָנֶיךָ, לִפְנֵיכֶם.

לְעֻמַּת. לְעֻמָּתָם Contra eos. Inuenitur etiam cū præfixo Mem.

לְמַעַן. לְמַעֲנִי Propter me. לְמַעַנְכֶם Propter vos. Suscipit omnia affixa.

סָבִיב. סְבִיבָיו, Per circuitū eius. סְבִיבוֹתֶיךָ & סְבִיבֶיךָ. Affixa suscipiens, habet formam pluralem, masculinam aut femininam.

בְּעַד. בַּעֲדוֹ Circa ipsū. בַּעֲדָם Circa eos. בַּעֲדֵנוּ, Circa nos.

תַּחַת. תַּחְתָּיו, Pro eo. תַּחְתֵּנִי, תַּחְתַּי Subter me. תַּחְתֶּנָּה Pro ea. תַּחְתֶּיךָ Subter te.

בַּעֲבוּר. בַּעֲבוּרִי, Propter me. בַּעֲבוּרְךָ Propter te. בַּעֲבוּרָהּ Propter eam.

אֵצֶל. אֶצְלִי Iuxta me. אֶצְלָם. אֶצְלֵנוּ, Apud nos.

בֵּין. בֵּינִי, בֵּינְךָ, בֵּינֵיהֶם, בֵּינֵינוּ. Suscipit omnia affixa.

אַחַר. אַחֲרַי & אַחֲרָיו. אַחֲרַי Post me. אַחֲרֶיךָ, Post te. אַחֲרֵיהֶם, Post eos.

Capitur etiam nonnunquam aduerbialiter, pro Postquam.

לְבַד, cum præpositione מִ, מִלְּבַד valet Præter: veluti, מִלְּבַד בָּנִים, Præter filios. Cum affixis verò Solùm, & daghessat Daleth, vt לְבַדִּי, Solus ego. לְבַדְּךָ, Solùm tu. לְבַדְּכֶם, Solùm vos. מִלְּבַדּוֹ, Præter ipsum.

ב In. בּוֹ In illo: בְּךָ & בָּךְ, בִּי, בָּךְ, בָּהּ, בָּנוּ, בָּכֶם, בָּהֶם, בָּם.

DE ADVERBIO.

Aduerbia significationis variæ.

Loci: פֹּה Hic, Huc. שָׁמָּה, שָׁם, Ibi, Illuc. מִשָּׁם Inde. תּוֹךְ Intus. חוּץ Foris, Foras. אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכֹה, אֵי, אַיֵּה Vbi? אָן, אָנָה Quò? מֵאַיִן, Vnde. כֹּה Hic, huc, hinc, illuc, illinc, Quò.

Temporis: הַיּוֹם Hodie. מָחֳרָת & מָחָר Cras. תְּמוֹל, אֶתְמוֹל, אֶתְמוֹל. בֹּקֶר Heri. אֶמֶשׁ Heri, nocte præterita. בֹּקֶר Manè. עֶרֶב Vesperi. שִׁלְשׁוֹם Nudiustertius. אָז Tunc. עַתָּה & נָא Nunc. תָּמִיד Semper, quotidie, iugiter. עוֹד Adhuc. כְּבָר Iam, pridem. עַד Vsque, id est Semper. מָתַי Quādo. כִּי, כַּאֲשֶׁר Cùm. פִּתְאֹם Mox.

Negandi: בַּל, אַיִן, אַל, לֹא, בְּלִי, בִּלְתִּי Non.

Affirmādi: כֵּן Sic. אָמְנָם Verè. אָמְנָה Certè.

לִי אוֹתִי מִמֶּנִּי & מֶנִּי &c.

Plur. אֲנַחְנוּ שֶׁלָּנוּ לָנוּ אוֹתָנוּ מִמֶּנּוּ

Secundæ personæ mascul.

Sing. אַתָּה שֶׁלְּךָ לְךָ & לְכָה Et in pausa לָךְ, ita vt nihil differat à femino.

אוֹתְךָ & אוֹתְכָה מִמְּךָ

Plur. אַתֶּם שֶׁלָּכֶם לָכֶם אֶתְכֶם מִכֶּם & מִמֶּכֶם

Secundæ femin.

Sing. אַתְּ שֶׁלָּךְ לָךְ אוֹתָךְ מִמֵּךְ & מִמֵּךְ

Plur. אַתֵּן & אַתֵּנָה שֶׁלָּכֶן לָכֶן לָכֵנָה אֶתְכֶן מִכֶּן

Tertiæ personæ mascul.

Sing. הוּא שֶׁלּוֹ לוֹ אוֹתוֹ מִמֶּנּוּ

Plur. הֵם & הֵמָּה שֶׁלָּהֶם לָהֶם & לָמוֹ אוֹתָם & אֶתְהֶם מֵהֶם & מֵהֵם

Formantur horum Pronominum datiui, accusatiui, & ablatiui ab Affixis in vtroque numero, articulis præpositis: vt לִי Mihi. אוֹתִי Me: ab articulo אֶת in אוֹת conuerso. מִמֶּנִּי, à præpositione מִן, & affixo י, & conduplicato Mem, מִמֶּנִּי A me. Genitiuus שֶׁלִּי Quod mihi, seu Ad me, pro Mei, vel Mis, à שֶׁ, facto ex אֲשֶׁר relatiuo omnis generis, vtriusque numeri, atque eiusdem cum eo significationis: vnde perpetuò retinet ferè Segol, & sequēti literæ imprimit Daghesch. Lamed verò originem habere videtur ex אֶל Ad, concisione א.

Demonstratiua sunt זֶה Hic, Iste. זֹה זוּ זֹאת, Hæc, Ista: & זוּ communis generis. In plurali, אֵלֶּה vel אֵל, Hi, Isti: vel Hæ, Istæ.

Pronomen אֲשֶׁר est Relatiuum vtriusque generis & numeri: & significat Qui, Quæ, Quod.

Tria sunt Interrogatiua, vtriusque generis & numeri: & sunt מִי, מָה, מֶה & מַה. Sed מִי de homine interrogat. מַה verò & מָה, de quacunque re alia.

מַה Punctatur cum Camets, quandoque etiam cum Pathah.

DE PRÆPOSITIONE.

אֶל Ad	לְפִי Secundùm.
עַל Super.	לְמַעַן Propter.
מִן A, Ab.	סָבִיב Per circuitū.
אֶת Cum.	הָלְאָה Vltra.
בְּלֹא Absque.	עִם Cum.
בִּגְלַל Propter.	בְּעַד Pro.
חוּץ Extra.	תַּחַת Pro, Sub.
עֵבֶר Trans.	בַּעֲבוּר Propter.
נֶגֶד Coram.	אֵצֶל Iuxta.
לִפְנֵי Ante.	בֵּין Inter.
נֹכַח Eregione.	אַחַר Post.
לְעֻמַּת Contra.	לְבַד Præter.

Recipiunt affixa hoc modo:

אֶל. אֵלַי Ad me. אֵלֶיךָ Ad te. אֵלָיו Ad eum. אֲלֵיהֶם Ad eos.

עַל. עָלַי Super me. עָלָיו Super eū. עֲלֵיהֶם Super eos.

מִן. מִמֶּנִּי, מִמֶּנּוּ, מִמְּךָ, מִכֶּם, מֵהֶם, מֵהֵם.

ב

Valet Præpositionem In, vel Cum: vt בַּבַּיִת In domo. בְּמֶלֶךְ Cum rege.

Significat & Propter. Item aduerbium Dum: vt בְּשָׁמוֹר In custodiendo, siue Dū custodiret.

Per ב exprimitur ablatiuus precij, vt בְּכֶסֶף, Argento.

Hæc litera solet etiam frequenter recipere affixa, more ל, vt בִּי In me. בּוֹ In eo. בָּהּ In ea. בְּךָ In te. בָּךְ femin. בָּהֶם בָּהֶן בָּכֶם בָּכֶן בָּנוּ:

De punctis literarum כלב.

Peculiare punctum his tribus literis est Scheua: sed quemadmodum Vau copulatiuum, ante literam scheuatam, nonnunquam, ne duo Scheua in initio dictionis cōcurrant, mutat Scheua in Hhiric: sic etiā hæ tres literæ semper, vt בִּדְבִיר כִּדְבִיר לִדְבִיר.

Et quemadmodum Vau copulatiuum ante אֱלֹהִים semper habet ‥, in quo א quiescit; sic etiam hæ tres literæ ante Iod scheuatum quoque Hhiric habent, in quo י quiescit, vt בִּימֵי In diebus; & ante gutturales literas affectas pūcto rapto, punctum affine: sic etiam hæ tres literæ. Solum hoc admonendum est, quòd hæ tres literæ regulariter non patiuntur post se ה demonstratiuum, nam non rectè dicimus בְּהַכּוֹס בְּהַכִּיס בְּהַכַּעַס, sed eliditur ה demonstratiuum, & literæ כלב eius punctum, scilicet Pathahh, sequente Daghesch recipiunt, sicuti בַּכִּיס בַּכּוֹס בַּכַּעַס, id est, In ipsa crumena, in ipso poculo, in ipsa ira, supple, ingenium hominis cognoscitur. Chaldæi dicunt בְּכִיסָא בְּכוֹסָא בְּכַעְסָא.

Quando igitur literæ כלב habent Pathah sequente Daghesch, certum est eas ה demonstratiuum includere: quod ipsum officium etiam retinent, dum ante literas gutturales, vel ר, Camets punctantur, siue ipsa gutturalis habeat ‥ vel ‥, vt בֶּחָצֵר כְּאָרָזִים, idem quod כְּהָאֲרָזִים, Prouerb. 6. בָּרְחוֹבֹת, idem quod בְּהָרְחוֹבוֹת.

DE LITERIS יהוא.

HAE quatuor literæ vocantur Quiescentes, quòd plerunque non punctatæ, quiescant in dictione: vt עָשָׂה Fecit, בָּרוּא Creatus, עֵינַי Oculi mei. הָמְפְקָד Constitutus est.

Et facilè transmutatur vna in aliam: velut קָרָא & קָרָה Occurrit. Sic pro עָשׂוּי Factus, dicitur עָשׂוּי.

Vocantur etiam ociosæ; quòd sæpè superaddantur radicibus, sine vlla consignificatione: vt לַיְלָה, pro לַיִל Nox: חַיְתוֹ, pro חַיַּת Bestia. לְהוֹשִׁיבִי, pro לְהוֹשִׁיב Ad collocandum: Psalm. 12. Sic יְהוּא, pro יְהִי Erit.

DE MILLAH.

מִלָּה

DE PRONOMINIBVS SEPARATIS.

Hebræi tria habent Pronomina declinabilia.

אֲנִי Ego. אַתָּה Tu. הוּא Ille.

Primæ personæ commune.

Sing. אֲנִי & אָנִי in pausa & אָנֹכִי שֶׁלִּי,

niæ causa ociosè sententiis præponitur, significans Et, At, Quòd, Sed, Verùm, Certè.

Regularis, & genuina, ac frequentior ipsius pūctatio est Scheua: vt וְעִיר, Et ciuitas.

Admittit autem alia etiam puncta. Nam quando venit ad gutturalem ‥, tunc respondet illi in puncto: vt וַחֲמוֹר Et asinus, וֶאֱנוֹשׁ Et homo.

Et quando venit ad literam scheuatam, seu בומף, habet Schurec: propterea quòd difficile sit, duas simul labiales vnius prolationis efferre: vt וּבַיִת Et domus. וּסְפָרִים Et libri.

Ad Iod scheuatum veniens, mutatur vtrunque Scheua in vnum Hhiric: veluti וִיהוּדָה Et Iehuda. וִידַעְתֶּם Et scietis.

Ante nomen אֱלֹהִים habet Tsere, destituto Aleph omnibus suis pūctis: וֵאלֹהִים Et Deus. Idem fit, quando literæ כלב præfiguntur בֵּאלֹהִים. sicut Lamed punctatur, præfixa Infinitiuo אָמוֹר: לֵאמֹר pro לֶאֱמֹר Ad dicendum: propter frequentem huius Infinitiui vsum.

Punctatur cum Camets, quando coniūgit duo nomina, quorum posterius est Millel, id est, habens accentum in penultima: חָלָב וָדֶשֶׁן, Psalm. 63. Vel cùm coniungit dictiones paruas: vt קַח וָלֵךְ, Genes. 12. & ibid. cap. 41. אֲנִי וָהוּא.

Officium Vau הִפּוּךְ.

Vau Hippuch in præteritis & futuris nō tantùm est copulat., sed & Præteritum in Futurum, & contrà Futurum in Præteritum conuertere frequentissimè solet: vt וְשָׁמַר Et custodiet, וְשָׁמַעְתָּ Et audies.

Quando conuertit præteritum in futurum; notatur gemino suo puncto: veluti וּפָקַד Et visitabit.

Discernitur autem Vau conuersiuum à coniunctiuo, quando vtrunque punctatur cum Scheua hoc modo. Quando præteritum cum Vau præposito aliud ante se habet præteritum, tunc illud Vau est copulatiuum tantùm ‥: vt מִי פָעַל וְעָשָׂה, Quis operatus est, & fecit? Isaia 41. Quandò verò nullum aliud præteritum præcedit, tunc est conuersiuū: vt Leuit. 12. וְאִם נְקֵבָה תֵלֵד וְטָמְאָה Et si femellam pepererit, immunda erit.

Porò punctatur, quando conuertit Futurum in Præteritum, cum Pathah, posito Daghesch in altera: vt וַיֹּאמֶר יְהוָה, Et dixit Dominus.

Ante Aleph verò, quod Daghesch capere non potest, habet Camets, vt וָאֶשְׁמוֹר Et custodiui.

Iod item scheuatum non daghessatur, vt וַיְדַבֵּר, Et locutus est.

Propter literas gutturales, atque literas bumaph, quæ mutant naturale punctum Scheua, nihil decedit officio literæ Vau: vt וּמָשַׁלְתִּי, Et dominabor: stante Schurec loco Vau Scheua conuertentis Præteritum in Futurum. Sic וַאֲכַלְתֶּם Et comedetis. sic וִידַעְתֶּם Et scietis.

Vau præterea interdum habet vim collationis, vt in Prouerb.

Sæpissimè per Vau vocabulum aliquod præcedens repetitur: veluti negatio לֹא, sæpè, &c.

כ

A fronte est aduerbium similitudinis, Vt, Ad instar, Sicut. Item præpositio Secundum, Iuxta: vt כְּחַסְדְּךָ, Secundum misericordiam tuam.

Quando duæ res comparantur, plerumque singulis præponitur כ, vt כָּעָם כַּכֹּהֵן, Sicut populus, sic sacerdos. Et denotat quandoque idē quod Latinis Circiter, Quasi Plus minúsue: vt כְּאַלְפַּיִם אִישׁ, duo millia virorum: Iosue 4. Recipit & parelcon מוֹ, vt בְּמוֹ; sicut בְּ, כְּמוֹ.

ל

A fronte articulus est datiui casus: vt לְאָדָם Homini. Item accusatiui: vt הָרְגוּ לְאַבְנֵר Occiderunt Abner, 2. Samuel 3. Item genitiui: vt מִזְמוֹר לְדָוִד, Psalmus Dauidis.

Significat interdum Ad, In, Super, Pro vel Loco. Quomodo autē formet Pronomina, vide infrà.

Reliqua officia Mem suprà sparsim explicata sunt, sicuti & reliquarum quatuor: quare nunc isto labore iure supersedemus.

ש

Valet relatiuum Qui, Quæ, Quod, singulariter & pluraliter: item Quòd, siue Vt coniunctionaliter. Estque eius vsus frequētior in scriptis Rabbinorū, quàm in sacris literis.

Punctatur frequentissimè cum Segol, sequente Daghesch, modò sequens eius sit capax: vt אֲנִי שֶׁהַמְדַבֵּר, Ego qui loquor.

Aliquando etiam cum Pathahh, veluti עַד שַׁקַּמְתִּי Vsquequo surrexi: Indic. 5. Semel quoque cum Camets: שָׁאַתָּה מְדַבֵּר, Iudic. 6. & bis cum Scheua, שְׁהוּא, Eccles. 2. & 3.

Aliquando habet literam ל adiunctam, שֶׁל, & constituit genitiuum & ablatiuum: vt Ionæ 1. & Eccles. 8. & nō alibi.

ה

A fronte additur nominibus, emphaseos gratia: vocaturque He הַיְדִיעָה, id est, cognitionis seu demonstrationis: vt נָבִיא Propheta, הַנָּבִיא Propheta quidam, vel Propheta talis & tantus.

Sæpè quoque habet vim relatiuam: vt הַנִּרְאָה אֵלַי, Qui visus est mihi: Danielis 8.

Capitur etiam pro litera quandoque vocatiua: vt הָאֱלֹהִים חָנֵּנִי, O Deus, miserere mei.

Punctatur cum Pathahh, sequente Daghesch in sequenti litera.

Quòd si ea Daghesch capere nequit, habet Camets pro Pathah, vt הָרוֹעֶה, הָעֶבֶר, הָאָדוֹן. & cum monosyllaba, vt הָעָם הָהָר.

Ante quasdam etiam gutturales mutatur Pathahh & Daghesch in Segol, idque frequentiùs, si sequatur Camets, veluti הֶהָרִים Montes illi. הֶעָשָׁן Fumus ille. seu purū Pathah, maximè ante ה & ח, vt הַהִין Mensura Hin. הַהֵיכָל Templum. הַחוּט Filum. &c.

Purum Pathah sine Daghesch etiam habet ante literam scheuatam Daghesch maximè capacem; & producitur Pathahh per accētum Gaia, vt הַמְלַמֵּד. Idem facit ante Iod scheuatum, vt הַיְרִיעָה Tentorium.

Et si literæ כלב accesserint ad He, extrudunt illud, atque assumunt ipsius punctum: vt בָּאָרֶץ, pro בְּהָאָרֶץ, In terra. לַבַּיִת, pro לְהַבַּיִת Ad domum. & כַּמֶּלֶךְ, pro כְּהַמֶּלֶךְ, Sicut rex ipse.

In eodem tamen officio ante scheuatam habent etiam Pathahh sine Daghesch, vt בַּסְעָרָה, 2. Reg. cap. 2. Prius autem literarū כלב punctus est Scheua.

A fronte He non rarò est interrogatiua litera, punctatúrque tunc cum ‥: veluti הֲלֹא אֲנִי אֲדֹנָי, An non ego Dominus? Et cum Pathah solo, ante literam scheuatam, & gutturalem: vt הַבְרָכָה אַחַת לְךָ אָבִי Num benedictio vna est tibi, pater mi? Genes. 17. & הַאִישׁ כָּמוֹנִי יִבְרָח, Num vir vt ego fugiet? Et cum Segol, præcipuè sequente ‥, vt הֶחָכָם יִהְיֶה, Num sapiens futurus sit?

He in fine significat motum ad locum, & valet idem quod Lamed à principio: vt אַרְצָה, idem quod לָאָרֶץ, In terram: מִצְרַיְמָה, idem quod לְמִצְרַיִם In Aegyptum; quam vim etiam in principio nōnunquam habet, cùm videlicet ה hecmanticum finit vocem, הָהָרָה In montem.

Habet aliquando & Lamed, propter maiorem emphasin, Psalm. 9.

ו

Vau est duplex, Vau חִבּוּר, id est, coniunctiuum. & Vau הִפּוּךְ, id est, conuersiuum, conuertens futurum in præteritum, & econtrà.

Vau חִבּוּר à principio est coniunctio copulatiua: וְרֶגֶל, Et pes. Sæpissimè tamen in exordio narrationis vsurpari solet, vt in principio Iosue, Iudicum, & Regum, idem valens quod Peraphatum apud Arabes. Atque eupho-

קֹצֶר אוֹצַר לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ

HOC EST,

EPITOME THESAVRI LINGVAE SANCTAE

Auctore Sancte Pagnino Lucensi.

א

Panē אַבִּירִים Fortiū. *s.cęlorū.* Tauri *etiā sic appellātur à fortitudine. Is.34.7.* אֵבֶר *et* אֶבְרָה Ala, penna *Iob 39, 10. et Ps.55,7. Plural.* אֶבְרָתֶיהָ alæ eius: *68.13. Ab hoc verbū hiph.* Volare: *Iob 39.29* יַאֲבֶר Volabit. [*Quidā huc illud Ier.51. 11. refert cū defectu* א: *vt sit* הָבֵרוּ Pinnas ponite (in sagittis) *vide* בָּרַר]

אגד *hinc* אֲגֻדָּה Aggregatio, colligatio, fascis, fasciculus. *Exodi 12.22.* Globus. *2.Sam.2.25.*

אגז *vnde* אֱגוֹז Nux; *et solùm Canti. 6. 10. inuenitur.*

אָגַל Stilla, gutta: *in plur.* אֶגְלֵי *tantū Iob.38. 28. reperitur.* אֶגְלַיִם Nomen loci *Isa.15.8.*

אֲגַם Stagnum, lacus, palus udis. *in plural. suscipit dages in* ם: *in affixo verò cadit. vt* אֲגַמִּים *&* אַגְמֵי *Isa.42.15.& 14,23.* אַגְמוֹן Iuncus, *Isa.9. 14. vbi quidā* Præsidentē: *alii* Debilem instar iunci, *exponunt. Sed Iob 40.21.* hamus, *vel* germen tenerū, quod recuruat caput suū. *Et Iob 41.11.* Lebes *vel* stagnū aquarū, vnde vapor ascendit tempore hiemis. *Al.* Iūcus.

אַגָּן Crater, phiala, *masc. gen. Cant. 7,2. Plural. fem. Exod.24.6.* אַגָּנוֹת.

אֲגַף Ala: *ad cuius similitudinem vocatur* exercitus: *quidam dicit* א *redundare.* אֲגַפָּיו exercitus eius. *Ezech. 12.4.&c.*

אָגַר Congregare. *Prou.6.8. Deut. 28.39.* אִגֶּרֶת *et* אִגְּרָה Epistola *Neh.6, 5.& 2,2. Plural.* אִגְּרוֹת אֲגוֹרָה Nūmus, obolus. *idem quod* גרה *1. Sam. 2 36. radix est* גרה *inquit R. D. &* א *nominis constitutiuum.*

ארב *pro* דאב *per metathesin, in Hiph.* Dolore affecit. *vt* וּלְהַאֲדִיב *pro* וּלְאַדִּיב Et vt dolore afficiam *1.Sam.2.33.*

אָדַם Rubescere, *in omnib. coniugationibus intrāsitiuū. Thr.4.7. in Cal. & Nach.2.3. in Piel* מְאָדָּם rubefactus. *& Isa.1,18. in Hiph.* יַאְדִּימוּ fuerint rubra. *et in Hithp. Pro.23,3. etc.* אַדְמוֹנִי *et* אָדֹם Rubeus, rufus: rubicundus. *Gen.25. 24.& 30.* אֲדֻמִּים Rufi, *Zach.1.8.*

alii, ô pater mi. *s.Deus.*]

אבח *vnde fit* אִבְחָה *& in regimine* אִבְחַת Acies gladij: *Al.* terror, *Ezec.21, 15. vt* ח *sit loco* ע *&* א *heemanticum.*

אָבַךְ *Vnde in Hithp.* וַיִּתְאַבְּכוּ Et extollētur, eleuabūtur, superbiēt. *Isa.9.18 semel reperitur. Hiero.* Conuoluētur.

אָבַל *In Cal & Hithp.* Lugere. *Hos. 10.5. 1.Sam. 15.35. & metaphoricos* Desolari, perire: *vt Isa,24.7. Hiphil,* הֶאֱבַלְתִּי Lugere feci. *s.abyssū. Ezech.31.* Desolare, perdere, *Thr. 3.* אָבֵל *et femin.* אֲבֵלָה Lugēs: [*item* Vallis, magna planities. *Iu.7.22.& 1.Sam. 6.18. quo loco* ל *ponitur vice nū secundū quosdam.*] אֵבֶל Luctus, tristitia, planctus, *Gen.27,41.*

אֲבָל Verè, profectò: sed, verū etiam. *Gen.17,19.42, 21.& 2.Reg.4, 14.*

אוּבָל *pro* יוּבַל i. Riuus, fluuius; *quāuis aliis sit* nomen proprium. *Dan.8.2.*

אֶבֶן Lapis, perpēdiculū, pondus: *Zach.4 10. Pro.20.10.* [*& metaphoricè* omnis, vniuersus; *quòd lapis sit vnū corpus. Gen.49, 24.*] אַבְנֵי *et* אֲבָנִים *in plurali.* אָבְנַיִם Rota *siue* Instrumentū, super quo figul⁹ parat ollas. *Ier.18,3.* [*sed Exod.1,16.* Sella parturiētis. *Vel,* Locus in quē infans excidit de vtero matris suæ, *qui &* מַשְׁבֵּר *vocatur, vt aliis placet: sed R.D. est* Vulua *propter* בָּנִים *filios, sic vocata.*]

אבס *vnde* אֵבוּס Præsepe, horreū, *Pro. 14,4. non mutatur in regim. licet* אֲבוּסֶיךָ presepia tua. *Iob 39,12. inuenias cum* ־ *quod alterius est speciei. Et cū additione* מ *Ierem. 50. 26.* מַאֲבֻסֶיהָ i. horrea eius. *Extat & particip. paß. ex Cal* אָבוּס fartus, saginatus: *Prou.15. 16. &* אֲבוּסִים *1. Reg.4.23.*

אָבָק *Masc. gen.* Terra *aut* puluis tenuis. *Exod.9.9. & genere femin. & in regim.* אַבְקַת *Cantic. 3. 6. Hinc verb. Niph.* Luctari. *Gen.32,24.*

אבר *hinc* אֵבֶר *et in regim.* אֲבִיר *et cū* ב *dages,* אַבִּיר Fortis, robust⁹, magnificus. *Gen.49,23.& Iob 34,20. et Isa.10 13. vbi* א *est quiescens. Plural. Psa.78.25.*

אבב *Vnde fit* אֵב Arbor, arbustū, fructus *aut* vigor. *cuius regimen plur. Cant. 6. 10.* בְּאִבֵּי *& affix. singul.* בְּאִבּוֹ *Iob. 8. 12. Quicquid autem in culmū ascendit, Arbor ab Hebræis vocatur, teste R. Kimh.* אָבִיב *Nomē masc.* Spica cū culmo: *Exodi 9.31. Leuit. 2.14. Hinc* mensis nouorū fructuū qui est Nisā. *Exo.13.4.*

אָבַד *In Cal* Perijt. [*Inuenitur Benoni cū* ־ *sub secunda Deut. 32.28.* אֹבַד periēs.] *In Piel* Perdidit. [וְאִבֶּדְךָ Et perdam te: *Eze. 28.16. sine* א *radicali, nisi malis cum R. Ioseph Kimh. esse Hiphil pro* וְהַאֲבִידְךָ] *In Hiphil* Perdere fecit.

אֲבֵדָה Res perdita: *Leuit.6.3.*

אֲבַדּוֹן אֲבֵדָה אַבְדָן Perditio, interitus. *Iob.28,22. Prou.27,20. Esth.9.5. quibus annumerarunt nonnulli illud Esth. 8.6.* בְּאָבְדַן *quod aliis est Macor. & R.Iacob Num.24.20.* אֹבֵד.

אָבָה Velle, acquiescere, Concupiscere, desiderare: *Deut. 10, 10. Psal. 81.12.* [*& Isa.28,12.* אָבוּא voluerūt *cum* א *redūdante. Et Prou.1,10. sine* א *radicali.* Ne תֹּבֵא acquiescas.]

אֵבֶה *Iob 9, 26.* (cum nauibus) אֵבֶה cōcupiscentiæ. *i.* concupiscibilibus; *vel,* ad optatū portum ducentibus. *Al.* Inimicitiæ *ab* איב *.i.* inimicorum *vel* piratarū. *Alii* nomen proprium lociaut fluminis *faciūt. Targ.* nauibque sūt oneratæ pomis. אֲבוֹי Væ *Prou. 23,29. aliis* paupertas aut mendicitas. אֶבְיוֹן Egenus, mendicus, pauper: *sic appellatus quòd omnibus carens, omnia desideret. Deut. 15, 4.* אֲבִיּוֹנָה *Eccl.12,5.* Concupiscentia, desiderium, membrū virile, coitus.

אָב Pater, primus, doctor, prior, antiquus, dominus, magister, aut inuentor alicuius artis. *Gen.4. Et in regim.* אֲבִי *Gen.17,5. & cum tertia radicali* אֲבִי *de quibus vide Grammaticam.* אָבוֹת & אֲבוֹת *in plural.* [אָבִי *Iob 34. 36. quidā exponūt,* Voluntas mea est:

His addi possunt quatuor, quos minores accentus appellat Elias. Syllabam hi magis afficiunt quàm dictionem, illā enim vel suspendunt & ampliant, vel vrgent ad sequentia.

Rhetorici accentus quatuor.

Métheg, Mazze, Gahiá, Maccaph.

ב ב ב ב־

Suspendunt syllabam tres primi. Nimirùm Métheg & Mazzé sunt retinacula motionum: Gahiá verò ipsius Scheuę. Alioqui enim Scheua, siue simplex, siue compositū, accentus capax non est. Mazzé virgula est recta, supra literā, quæ nihil aliud est, quàm Métheg ante Zakeph, vt וְהִשְׁמַרְתִּי *Aggæi 2.* quanquam illam reperio ante alios etiā ministros, *Iob 1.* אֲמַלְטָה. Postremus, vt Hyphen apud nos, aufert accentum grammaticum à dictione, & ad sequētem illam compellit. Extra scripturam hac tam multiplici accentuum figura opus non est. Quum enim Hebræi syllabā, in qua tonus est, semper acuāt, ad hoc vnicum munus sola linea perpendicularis sufficit, proptereaque illa sola in hāc vtuntur ב. Quo autem loco in quaque speciem dictione vel pingenda vel intelligēnda sit, ex his perspicitur.

1 Monosyllaba semper habent accentum, nisi ita vrgeantur per Maccaph, שֵׁם־יְהוָה.

2 Antepenult. nūquam eleuatur, nisi fortè ob Athe merahik, de quo initio grāmatices.

3 Tres sunt formæ, quæ tam in disyllabis, quàm polysyllabis penacuuntur, בֶּגֶד Vestis, סֵפֶר Liber, קֹדֶשׁ Sanctū. נַעַר Puer, &c. Nam sic formæ istæ eiusdem sunt rationis, cùm ob præsentiam gutturalis vtrunque vel alterū Segol mutant in Pathah. sic in verbis שֶׁבֶת, דַּעַת.

In polysyllabis exemplum est, כַּפֹּרֶת, פֹּקֶדֶת, &c.

4 Duæ in Quiescentibus Aīn, מָוֶת Mors, בַּיִת Dom⁹. Totidem in quiescētibus Lamed ה, חֳלִי Infirmitas, תֹּהוּ Inane.

5 Cæteræ habent accentum in vltima.

6 Nomina pluralia tā masculina quàm feminina habent accentum in vltima, veluti צְדָקוֹת, דְּבָרִים.

7 Contrà Dualia in penultima, יָדַיִם.

8 Particulæ inflexiles his tenentur nominū legibus.

In cōiugatione tertia Hiphil, tertia pluralis & tertia singularis feminina habent ferè semper accentū in penultima. In reliquis omnib⁹ personis, modis & tēporibus, cuiuscūque coniugationis, accentus erit in vltima.

FINIS.

dum. Proximè Athnah, respondet enim colo, & instam nondum, sed tamen mediam, periodum efficit. Mox Zakeph katon, qui Nostrorum commati siue inciso compatari potest. Zakeph gadol ex magnis est regibus, qui in ratione musica plurimùm possunt, in distinctione grammatica vix quicquam exhibent. sequentes quatuor, virgulas & hypodiastolas atque subdistinctiones exprimunt. Itaque & Scheua, motionesque breues in longas respondentes, quod ferè in primis tribus perpetuum erat, demutare etiā solent.

Reliqui vix, aut nihil, aut parum distinguunt, si sensum spectes. Dicuntur tamen distinguere primò, quia non minus quàm præcedentes, prohibent, ne literæ בגד כפת ob antegressas האוי lenitate illa, quam appellant Raphe, afficiantur. Deinde quoniam modulationem separatam & per se cohærentem præbent, continuatamque sistunt. Tales sūt Salsé eth, Karné phará, Telisa ghedolá, Pazér, Zarchá, Gherasin, & quem suprà memorauimus, Zakeph gadol. Multi porrò figura inter se conueniunt, sed deprehenduntur à curiosioribus loco vel consequiis distingui. Hinc Pasta in vltima dictionis litera tantùm pingitur, nisi fortè incurrat in dictionem penacutam. Nam tum vt priore loco sedem natiui toni indicet, hodiè perinde duplicatur, atque olim duo alij reges Zarká & Segullá, & minister Telisa ketanná מֶלֶךְ. Alias, quum dictio duobus insignitur accentibus, prior est rhetoricus siue retinaculum, de quo postea, פְּקֻדָּה, aut minister vim obtinēs retinaculi וְרוֹכְבֵיהֶם, *Agg. vltimo*, posterior natiuus siue grammaticus. Kadmá penultimam literarū, interdum etiam primam obsidet, Telisá ghedolá primā tantùm הַכַּשְׁרֵ. Sic Iethib antegreditur puncta omnia, Sophar mahaphàc primùm falsè subsequitur. Meaielá linea est ad effigiem Tarhá. Ab eo differt, quia nunquam in vltima reperitur, nec admodum est frequens. Merca in contrariam partē vergit. Consequiis verò diffident Pasek & Legarmé. Sicut enim post Soph pasuc duo crassiuscula puncta venire solent, ita & ante Legarmé Munāh illius sine pars siue index. Munāh omniū frequentissimè ministrat. Illum ante Zakeph katon, si in prima litera ponitur, nonnulli vocant Mecarbel. Si in secunda Hillui, quo etiam nomine censetur, ante Athnāh vel Zarka. Aliis locis dicitur Munāh siue Sophar iasār. Hæc minutia causæ fuit, vt quidā vndecim ministros facerent. Cætera prolixiore egēt tractatu, potiusque ad ociosa Iudæorū studia pertinent. Consule, si feriaris, Eliā, Calonymum, & qui hunc sequutus est, Nozenū: ex nostris Reuchlinum, Santē, Vallensem.

DE ACCENTIBVS.

Qvvm aliquousq; accentuum cognitio Grāmatico necessaria sit, & studeamus hoc opere subleuare eos, quibus nō semper librorū copia suppetit, atq; vt hęc institutio sit absolutior, hæc quæ sequuntur, quatenus ignorare vel incipienti nefas est, subiiciem⁹.

Habent Hebręi accētus viginti nouem, Regeś viginti, & Ministros nouem.

Soph pasúc. Athnàh. Zaképh katón.

ב: ב ב

Zaképh gadol. Tarhà. Reuía. Teuír.

ב ב ב ב

Pastá. Segullá. Pasék. Legarmé.

ב ב׀ב ב׀ב

Ghéres. Gherasin. Zarká. Iethib.

ב ב ב ב

Pazér katon. Karné phára. Salséleth.

ב ב ב

Telisa ghedolá. Pazér gadól.

ב ב

Sed hic vltimus tantùm reperitur in tribus libris, id est, Psalmis, Prouerbiis, & Iob: in quibus, ob versuum breuitatem prosodię ratio alia est, quàm in cæteris viginti vno. Illic etiam accentus diuersa ferè habent nomina, formam, potestatem, & cantillationē, demptis duobus primis capitibus & extremis aliquot versibus libri Iob, quæ cum vsitatis prosodiæ legibus consentiunt.

Ministri nouem.

Munáh. Sophar mahaphác.

ב ב

Meaielá. Mercá pesutá. Mercá kephula.

ב ב ב

Kadmá. Telisá ketanná. Dargá.

ב ב ב

Iareáh ben iomó.

ב

Accentus superiores iidem Musici sunt & Grammatici. Musici, quatenus tanquam notæ musicæ concentui, qui in Iudæorum synagogis etiamnū hodie viget, inseruiunt. Grammatici, quatenus syllabas, quas afficiunt, eleuant (omnes enim ex æquo acuti sunt, nulli graues aut circumflexi) prętereaque orationem, vel distinguunt, vel continuant. Continuant ex æquo ministri ad regem vsque. Distinguunt reges omnes, sed inæqualiter, pro ordine ferè quo à nobis numerati sunt. Omniū maximè Soph pasuc, designat enim finem sententiæ atque perio-

שֵׁנִית & שְׁנִיָּה	Secunda.
שְׁלִישִׁית	Tertia.
רְבִיעִית	Quarta.
חֲמִישִׁית	Quinta.
שִׁשִּׁית	Sexta.
שְׁבִיעִית	Septima.
שְׁמִינִית	Octaua.
תְּשִׁיעִית	Nona.
עֲשִׂירִית	Decima.
אַחַת עֶשְׂרֵה	Vndecima.
שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה	Duodecima.

Mascul.

רִאשׁוֹן	Primus.
שֵׁנִי	Secundus.
שְׁלִישִׁי	Tertius.
רְבִיעִי	Quartus.
חֲמִישִׁי	Quintus.
שִׁשִּׁי	Sextus.
שְׁבִיעִי	Septimus.
שְׁמִינִי	Octauus.
תְּשִׁיעִי	Nonus.
עֲשִׂירִי	Decimus.
אַחַד עָשָׂר	Vndecimus.
שְׁנֵים עָשָׂר	Duodecimus.

Post decem, ordinalis numerus non differt à cardinali, quando dicimus אַחַד עָשָׂר Vndecim & Vndecimus.
Pro Vndecim & Vndecimo vsurpā: Hebræi etiam aliam dictionem, quàm אֶחָד, nempe עַשְׁתֵּי: vt, בְּעַשְׁתֵּי עָשָׂר חֹדֶשׁ, In vndecimo mense: *Deut. 1.*
Feminina etiam desinunt in He, velutì שְׁלִישִׁיָּה Tertia: In plurali שְׁלִישִׁיּוֹת, Iod mobili.
Et רְבָבָה in plurali facit רְבָבוֹת, & cum syncopa רִבּוֹ & רִבּוֹא, & in plurali רִבּוֹת.

De ratione inquirendæ Radicis apud Hebræos, quam ipsi שֹׁרֶשׁ *appellant, nos Thema.*

Scias igitur primùm, omne Thema, aut Primitiuum, apud Hebræos, maximè in Verbis, tribus tantùm constare literis radicalibus. Radicales autem vocant, quarū nulla inter coniugandum & declinandum deficit, aut quiescit, nec etiam mutatur: sed semper sunt de radice, corpore, substantia, siue essentia dictionis: vnde & à Grammaticis, שָׁרָשִׁיּוֹת*, hoc est, literæ radicales, substantiales & essentiales vocantur. Deinde & illud obseruandum, quòd in Verbis, tertia persona, singularis numeri, temporis præteriti, sicut apud Latinos prima persona præsentis Indicatiui, thema & primitiuum dicitur, vnde reliqui modi, tempora & personæ deriuantur: ita apud Hebræos, tertia persona præteriti masculina, eum locum obtinet. Iam & illud animaduertendum, duplicia esse verba: Perfecta, & imperfecta, seu defectiua. Perfecta sunt, quæ inter coniugandū nullam ex radice amittunt literam: horum radix facilè patet, tantùm hinc atq; hinc, abiectis literis seruilibus, quæ coniugationes, modos, tempora, genus, numerū & personas indicant. Defectiua dicuntur, quæ vnam vel duas ex radice literas perdunt: & id quidem vel in futuro, vel imperatiuo, vel infinitiuo. Perditur autem in verbis defectiuis, vel prima, si ea fuerit aut Nun, vel Iod, vel Aleph: vel media, si fuerit Vau: aut postrema, si fuerit He, aut geminata. Signum autē harum literarum est vel Daghesch, vel vox magna.*

Quare oblata dictione pluribus quàm tribus literis, cuius radicem scire cupis, abiice omnes literas seruiles. Et hæc erit ratio inquirendæ Radicis.

In inuestiganda radice, abiectis omnibus literis seruilibus remanebunt vel

- *Tres* — *Si igitur tres remanserint, signū est Verbum esse perfectum: hoc est, tale quod inter coniugandum nullā ex Radice amittat literam. Et horū verborū radix patet per se: tantùm hinc atq; hinc abiectis literis seruilibus, vt* וַיִּפְקְדוּ*, quod verbū habet sex literas. Iā quum radix sit tantùm trium literarū, cogitaque nam illæ sint: eæ facilè apparebunt, si Seruiles vtrinque separaueris: vt Vau à principio, quæ coniunctionem copulatiuā, Et, constituit, ac futurum in præteritum conuertit, Iod tertiā personam futuri singularis, & Vau in fine, quæ nota est pluralis numeri. Remanebūt igitur* פקד*, quæ radicē cōficiunt.*
- *Duæ tātùm: & tunc vel*
  - *Præpone vel*
    - *Nun literam* — *vt* וַיִּפֹּל *abiectis literis seruilibus, Vau copulatiua conuersiua, à principio, & Iod litera futuri, & Vau è medio: restant duæ,* ל *&* פ*. Præpone igitur Nun, habebis radicem* נָפַל *id est Cecidit.*
    - *Iod literam* — *vt* דְּעוּ*, abiice Vau, quæ est etiam nota pluralis numeri, restant duæ tantùm: præpone igitur Iod,* יָדַע *& habebis radicē. Quod si non inueneris sic, interfere.*
  - *Interfere* — *Vau literam* — *vt* קָם *Verbi radix est* קוּם*. Nam in his verbis, quæ sunt quarti ordinis, Vau expressè rarò scribitur.*
  - *Postpone* — *He literam* — *vt* וַיַּעַשׂ *id est, Et fecit. Ab hoc si à fronte separaueris Vau copulatiuā conuersiuam, & Iod quæ tertiam personam futuri constituit: residuæ erunt adhuc duæ literæ; desideratur tertia, ea erit in fine, He. Nam integra radix est* עָשָׂה *.i. Fecit.*
  - *Duplica* — *secūdā literā* — *vt à* סַבּוּ*. Ab hoc si separaueris Vau in fine, quæ constituit tertiam personam pluralis numeri, remanebunt duæ, & desiderabitur tertia, ea erit Beth; nam integra radix est* סָבַב*.*
- *Vnica tantùm, & tunc erit &*
  - *Præponēdum vel*
    - *Nun* — *vt in dictione* וַיַּכּוּם*, id est, Et percusserunt eos. Hoc verbum quinque literarum est; Vau, à principio, est copula: Iod, litera futuri tertiæ personæ; Vau schurec, nota pluralis numeri: Mem finale, valet pronomen relatiuum Eos. Quas omnes si semoueris, superstes erit tantùm vna, Caph. Adhuc ergo duæ necessariæ sunt: eæ erunt, Nun à fronte, quam innuit Daghesch in Caph, & He in fine. Integra radix est* נָכָה*, id est, Percussit. Simile indicium est de verbo* וַיֵּט*, id est, Et inclinauit.*
    - *Iod* — *vt in dictione* מוֹגִין*, Abiice Mem cum Vau à principio dictionis, & Iod cum Nun in fine, restat vnica Nun litera. Adhuc ergo duæ necessariæ sunt, quæ erunt Iod à principio, & He in fine. Nam radix est* יָגָה*, id est, Afflixit.*
  - *Postponendum verò He: vt in exemplis iam citatis patet.*

Scias præterea vnicum esse verbum, quod amittit literam Lamed inter coniugandum, vt לָקַח*. Præterea vnicum, quod à principio & fine abiiciat Nun,* נָתַן*. Sed illius verbi formam coniugandi habes in Tabula Coniugationum quiescentium & deficientium, hoc est, Verborum septimi ordinis.*

איב Inimicari, Odio habere. אויב Inimicus *Exod 23,4.* [איבתי Inimica *Mich.7,8.nomen toar femin. al.* Inimica mea. *& sic iod erit affixum.* איבה Inimicitia *Gen.3,15.*

איד Afflictio, euetus malus, cōtritio, *Iere.48,17.* [Nubes, vapor *Iob. 36,26. & Gen.2,6.* ואיד *vbi quidā exponit negatiuè,* Neque vapor, *subaudiens negationem præpositam.*]

איך איכה *&* איככה Quomodo, qualiter. *Ier.2,23. Thr.1. Esth.8,5.* [Vbi *Can.1,6. et cum holē* איכה *2.Reg. 6,13.*] איכות Qualitas.

איל *&* אילות Fortitudo *Psal. 87, 11.22,18. Et secunda radicali quiescēte, & præposito Lamed redundante,* לאל Fortitudo, facultas: *Prou.3,26. & Neh.5,5. &c.* [*His quidam annumerant illud Psal. 73,4.* אולם Fortitudo eorū. *sed alij deducunt ab* אלם] אל Fortis: Deus, *à fortitudine sic appellatus.* Angelus. *In plural.* אלים *Exo.15, 11. Interdum cū iod reperitur: vt* אילי *Eze.31,2: & 2.Reg.34,15. sed illud Isa. 61.* אלי *vel* אילי arbores (iustitiæ) *à quibusdam exponitur: vt 1.29. de quibus vide* אלה. איל *& in regim.* איל Aries qui annū iam transiuit, *Num.28,26.* *Item* Postis, limen, testudo *1.Reg. 5,31.* [Planities. *Gen.14,6.* אילן *idem Iud.9,6. Hieron.* Quercus] אילים Arietes. *Exo.25.* [אילו Postes eius *Ezech. 40,24. & 15.* ואל אליהמה Et in postibus eorū *pro* איליהם *quia* ה *additū ad* ם *plurale.*] איל Ceru⁹ *com.gen. Ps.42,2. Femin. dupliciforma reperitur* אילה *&* אילת *Sed illud Ps.22,1.* אילת *quidā* stellam *aut* fortitudinem *exponūt. Plural.* אילים *&* אילות.

אים *vnde* אים Terribilis *Aba.1,7.* אימה *femin. Can.6,8.* אימתה *&* איומה Terror, Formido, *Gen.15,12. Exod. 15,12.* אימים *&* אימות Terrores. *Appellantur &* אימים Sculptilia, *quòd suis cultoribus sint terrori. Ierem. 50,38. &* Gigantes, *quòd videntes ipsos pauore consternentur Deut.2,11.* אמים *cū defectu iod.*

אין Non, nequaquam, nihil: [*& cum seri* אין *quiescente iod: & vnum cū hiric* אין *1.Sam.21,18. idē*] *nunquā iungitur præteritis & futuris.* מאין Interrogatiuū loci, Vnde? מאין Absq;, vt nō. *Isa.5,9.* מאין Ex nihilo: *41,24.* באין dum non. לאין Vt non *1.Paral. 22,4.* כאין Quasi, ferè, *aut* paululum. *Ps.73,2. Et cum pronominib. vice verbi* Sum, es, est: *vt* אינך non tu, *pro* es. אינני nō ego .i. nō sum. *&c.*

איפה Mensura aridorum.i.modius continens tria sata *Deut.25,14.*

אחר Alter, alius, alienus. אחרים Alij [אחרין *Iob 31,10. cum* ן *vice* ם] אחרת *femin.* Altera, alia. אחרות aliæ.

אחור Retro, retrorsū. [Occidens *Iob 23,8.* Pars posterior hominis.i.anus *Eze.8,16.* Finis *Isa.41,23 &c.* אחוריהם Posteriora eorum. *Ibid.3.*] אחרון Posterior, nouissimus, vltim⁹, *Isa.30.* אחרונים *plural.* אחרונה *Femin.* אחורנית Retrorsum: *Gen.9,23. et 1.Reg.18,36.* אחרית Nouissimū: finis, & merces, *quòd sit finis operis. Prou.23,18.* Posteritas *vel* filij *Dan.11,4. & Ha.4.etc.* אחר *Verbū in Piel,* Demorari, tardare, & differre: *vt Gen.34.19 etc.* Retinere, *24,55.* [אחרו Tardauerūt *Iud.5 17: cum segol et* ...] *Et in futuro Cal.* ואחר Et moratus sum *cū defectu* א. *Et futur. Hiph.* ויחר Et moratus est: *2.Sam. 20,5. sed hoc potest esse Cal, vt vidisti in* אחז [*Illud Prou.24,37. est imperat.* אחר differ, *vt quidā vult. Hieron.* Postea.]

אט *Et cum additione* ל לאט Quietè, pedetentim, *1.Reg.21,27. Isa.8,5. &* לאטי *Gen.33,13. vbi iod potest esse affixū. q. d.* Cū quiete mea. *Quidā illud* ואט *Hos.11,4. huc referūt. Hieron.* Et declinauit.] אטים *Isa.19,3. Hieron.* diuini, *R.Kimh.* Maleficia quę fiebāt in quiete. *radix erit* אטט *propter dages.*

אטד Genus spinæ, carduus *Gen. 20. Psal.58,9. Hierony.* Rhamnus.

אטם *In Cal & Hiph.* Obthurare, claudere, *Isa.33,15. Psal.58,4.* [*Legitur 1.Reg.6,4. & Eze.41,16.* (Fenestræ) אטמות *&* אטומים clausæ.i. angustæ forinsecus. *si enim penitus fuissent clausæ, non potuissent appellari fenestræ.*]

אטן *vnde* אטון Funis: *Exod.35.*

אטר Claudere, obthurare, obstruere *Psal.69,16.* אטר Scæua, qui non potest vti dextra *Iud.3,16.*

אי *et* איה Vbi? [*Ier.5,7.* אי O: *vel* quomodo? *pro* איך] *Iungitur cū pronomine,* vt איו Vbi ipse *&c.* איה Vbi, quà *1.Sam.9,18.1. Reg.22,23.* אי מזה vbi. *s. locus est,* vnde? *2.Sam.1, 3.* [*sed Prou.31,4. iuxta quosdā ponitur* אי *pro* אין non. *subaudi,* des. *vt 1.Sam. 4,21.* אי כבוד non gloria: *quæ duo possunt etiam per* Vbi *exponi: vt in priori subaudiatur* אל*.i. Ne: q.d. Ne principibus. s. des vinū qui dicunt* Vbi est sechar?] אי Insula, prouincia *Isa.20,6.* איים Insulæ: *Ps.97.1. & cū* ן *vice* ם *Eze. 16,18.* [Bestiæ siluestres deserta aut insulas incolentes *Isa.13,22. Targ.* feles. *al.* picæ, *Hieron.* Vlulæ *&* onocētauri.] Væ *Eccl.10,16. & composita cum* לו אילו *4,10. Itē* אי Vir *pro* איש *secūdū R.Ion. Iob.22,30.* איה Nomen auis.i. pica *Leu.11,14. Hieron.* Vultur.

dicalis secundum D.K. vide זקק.

אזר *In Cal et Piel* Cingere, accingere *1.Sam.2,4. Isa.50,11* [*cum defectu* א *2.Sam.22.40. reperitur secundum R. D.* ותזרני *pro* ותאזרני Et accinxisti me. *Hithp. Psal.93,1.* Accingi *vel* Accingere se. אזור Cingulum, *Isa.13,10.*

אח *R. Ionah, & D. Hieron.* Arula, aut receptaculum ignis: *sed R. D.* rogus aut ignis magnus, *Ier.36,22.* Heu *Eze.21,15. vbi quidā ab* אנח *deducēs exponit* Suspiriū *cū defectu nun, vt* אמת *fit a* אמן. *Itē* האח Euge *Psal.35, 21.* [Vnus, *pro* אחד, *vel* frater.i. aliquid: *quippe cùm vnaquæque res appelletur* אח, *respectu sui socii* .i. *alterius: Ezech.18,10.*]

אחד *&* אחד Vnus [*& sine* א *Eze. 33,30. et sine* ד אח *vt supra.*] אחדים Vni aut iidē. Pauci *Gen.29,20. &* אחת אחת Vna, *Femi. ab* אחד *nō* אח *teste R.D.* אחת *reperitur vt plurimum cum accentu distinguente. Hinc verbum Hithp. Ezech.21,16.* התאחדי Vni te .i. sis solitaria. *Et Cal,* חחד Vniat se *Gen. 49,5. Isa.14,20.* Vnies te. *teste D.K. Et Iob 3,6.* יחד Vniat se. *sed hoc potest esse ab* חדה Lætari.

אחה *vnde* אח Frater: *in regimine cū* י *vice* ה *radical.* אחי *& cum affixis* אחיו frater eius. *&* לאחיו fratri suo, *Num. 6,7.* אחים *et* אחי Fratres. *Interdū cum affixis sic inuenies* ואחיו Et fratres eius. *Ier.49,11.* אחיך Fratres tui *Gen. 48.22.* אחות Soror *& in regim.* אחות *&* אחיות *Plur.* אחיות *&* אחות [*Et cum signo masc.* ואחותיך Et sorores tuę. *Eze. 16,55. sic Hos.2,3.*] אחוה Fraternitas *Zach.11,14.* אחו *cū* ו *loco* ה *radical.* Gramen, graminetum *aut* pratum. *Gen.41,2. Iob 8,9.* [*quidam Hos.13,15.* אחים prata *exponunt: sed non rectè.*]

אחז *Cal* Apprehendere, tenere, possidere [Contignare *1.Reg.6,10.*] *Futur.* יאחז *&* יאחז *& cum defectu* א *2 Sam.20,9.* ותחז Et apprehendit. *Niph.* נאחז Tentus *Gen.22,11.* ונאחזו & possessionē capient. *Nu.32,31.etc.* *Benoni Piel* מאחז Tenens *Iob 26,8. Et Paul Hiphil,* מאחזים Tenti. *2 Par. 9,18.* אחזה Possessio, Hereditas; *sic appellata, quòd qui eam habet, illo teneatur in loco.*

אחלי Vtinam *2.Reg.5,3. sed secūdū R.D. radix est* חלה Orare. *et est more existentiū in regim. à singul.* אחל *acsi d.* Vtinā precationes domini &c. *sic Psal.119,5. quidam* beatus *aut* beatitudo *exponunt. al.* perfectio, finis.

אחר *&* אחרי Post, postea, postquam. *Pronomini iunctū semper formā pluralem accipit.* אחריו Post eū, *&c.*

illuminari. *Hiph.* האיר Illuminare, lucē emittere *Psal.77,17. et 97,4. et sępe intransitiuè, vt Eze.43.2. & alibi. Item* Inflāmare, incendere, *Mal.1.10. Is.27.2. vbi quidā* מאירות *ab* ארה *deducunt.i.* colligentes. *Niph.* נאור Lucens *Ps.76.4. et* ויאר Et illuxit *2.Sam. 2.32.* מאור Luminare: *Psalm.74. cuius plural.* מאורים *Ezech.32,8. in regimin. & femininè, Genes.1.16.* מאורת Lux *capitur in Sacris pro* Bonorū affluentia. *vt Prou.13.9.* Tenebræ econtrariò. אורים *Exod.28.31. Hieron.* Doctrina. *Hebræi ignorant quid significent. R.Sal. dicit* scripturā *fuisse* nominis Dei quā ponebant intra plicas pectoralis, per quam lucere faciebat & perficiebat verba sua. אור Flāma, *Is.31.9.* foc⁹ *47.14.* [*Gen. 15.7.* מאור de flamma (Chaldæorū) *vel* Valle: *vt Isa.24.25.* בארים in vallibus. *Hieron.* In doctrinis] מאורה Foramen, cauerna per quam lumen ingreditur. *Isa.11.8.* [אור *quidam* Pluuiā *exponūt Iob.36.30 & 37.11. al.* Solē *vel* lumē. *Item* Fulgur: *Ibid.3.*] אורות Olera *2.Reg.4.39. quidā putant esse* Erucas herbas illuminantes oculos. *sic Isa.26.19. vt quibusdā placet.* ארות ארות *et* ארוית Pręsepia *2.Par.32.*

אות Signum *Gen.4.* אותות signa, *Genes.1.&c.* אותיות Litteræ, *sic vocantur apud Grammaticos.*

אז *&* אזי Tunc: *mutat plerunque futurum in præteritum, Iosu.10,12. Psalm.124.4.*

אזוב Hyssopus. *Exod.12,22. lingua vulgari* Origanum.

אזל Ambulare, abire, recedere. *1.Sam.9.* אזלה Abijt *Deut.32.36. vbi* ה *indicat genus femin. sicut* ה. *Futur.* אזל *cū defectu* א *vt* תזלי תזל recedes *Ier. 2.37. Hieron.* Vilis facta es. *deducens à* זלל *vel* זול. *Paul ex piel Ezech.27,19.* מאוזל profecta. אזל Itinerarius *1. Samuel.20.19. vel* Lapis haazel *.i.* qui est signum transeuntib. per viam.

אזן Auris *fem.gen. Iob.12.11. etc. Duale* אזנים. *Hinc verbū Piel* אזן *Eccles.12.9.* Auscultauit *vel* pōderauit, librauit. האזין *Hiph.* Auribus percepit, obtemperauit, aurem inclinauit. *Deut.1.45. Et Partic. cum defectu* א מזין *pro* מאזין *Prou.17.4.* האזנה Auscultate. *Gen.4,25.* אזין Auscultabo, *pro* אאזין *Iob 32,12.* מאזנים Statera, trutina, *quòd duas videlicet lances habeat Is.40.12.* [אזניך Arma tua *secundum R.Ionah. Deut.23.13. R.D. deducit à* זין *& sic* א *non est radicalis.*]

אזק *vnde* אזקים *Ier.40.1.* Catenę ferreæ, cōpedes, manicæ: א *non est radicalis*

או Vel, aut, siue *Leu.1.14. Secundum R. Ionah ponitur interdum vice* Si: *vt Leu.5.2. Mal.2. vers. vlt.* Quomodo: *Eze.21.10.* Et: *Leu.4. 23 & 28.26.40. &c.*

אוב Pytho, dæmon: *Leui.20.27.* אובות *Plural. 19.31.* Vtres: *Iob 32.20.*

אוד *Ei⁹ plurale* אודות Causa, gratia, occasione, propter *Gen.21.24. & præponitur ei* על אוד Torris, *siue* titio, *Ham.4.2. & Zach.3.2.* אודים *Plural. Isa.7.4.*

אוה *In Piel* Desiderare, *Psal.132. Isa.26.9.* נאוה *Niph. Ps.93.5.* desiderabilis fuit. *potest tamen esse à* נאה *acsi d.* Decora est. *&* נאוו pulchræ sunt, *Cant.1.10. Hithp.* Desiderare, concupiscere *Prou.21.26. etc. sic Ier.17.15. vbi potest exponi* Desiderabilis fuit. [*Illa aūt Num.34.* והתאויתם Et terminum constituetis. & התאו *pro* תתאוו terminum constituetis. *possunt deduci à* תאה *vel* תוה *vt* א *sit loco vaf.*] תאוה *&* אוה Desiderium, concupiscentia, *Num.2. & Prou.21. Deu.12.5.* מאוי רשע Desideria impij, *Psal.140. à singular.* מאוה

אוח *& plurale* אחים *Isa.13.21.* Furūculi. *al.* mustelę. *Hieron.* dracones.

אוי *&* אויה Vę *Nu.21.30. Ps.120.5.*

אול *hinc fit* אויל Stultus: *Ier.4.2. et cū iod* אוילי *Zach.2.14.* אולת Stultitia. *Prou.18.13.* [stulta *Prou.14.1. nisi subaudias* אשה mulier, *acsi d.* mulier stultitiæ *.i.* stulta.] אולתו Stultitia eius, *Prou.5.23.* אולי *vide in* אלה.

און *hinc fit* און Mendaciū, iniquitas *Iob.2.14. & 5.6.* Labor, fatigatio, afflictio *Ps.90.10. & Ham.5,5. vel* nihil, nihilum. *sic Habac.3.6. & Hos.6,8.* Iniquitas vel nihilum. *Hieron.* Idolū. און Virtus, fortitudo, vires, *Iob.18.7. 40.11. Et metaphoricè* semen *vel* filius, *quia in eius generatione, patris ostēditur robur, Gen.49.3.* [*& Iob.21.19.* Violentia, luctus, oppressio *vel* rapina: *et 20.10. sed hic potest esse* און *pro* הון diuitiæ, *vt Hos.12.8.*] אונים Fortitudines. *Is.40.26. et 29.* Filij *Ps.78.50.* [*Hos.9.4.* (panis) luctuū. *& Pro.11.7.* (expectatio) mendacium *adiectiuè.*] התאונן *verbū hithp. Num.11.1.* Mentiri: *al.* lugere, *& Thr.3.* תאונה *cuius plural.* תאנים Mendacia *Ezech.24.12. vbi intelligitur* ב in, *præpositio.*

אוץ *In Cal* אץ Festinauit. *Ios.10.13* [*et 17.15.* Angustus est *vel* lōginquus] *Item in Hiph.* Festinauit. *Isa.22.4. &* festinare fecit. *Gen.19.15. licet hic trāsitiuè quoque exponi possit.*

אור *Nomen,* Lux, lumen. Mane *Neh. 8.4.* Sol, *Isa.5.30. Verbū Cal,* Lucere,

אדמה Rufa. *Num.19.2.* אדמדם Impensè rufus: *vel, vt aliis placet,* subrufus. *Leuit.13.42.* אדמדמת *femin. ibid. 43. & 14.37.* אדם Lapis preciosus, *qui* Sardius *dicitur, à rubeo colore sic appellatus, Exod.28.17.* אדם Homo. *Gen.1. &c.* אדמה Terra. *à colore rufo. In regim.* אדמת. *Plurale* אדמות.

אדון *& in regim.* אדון Dominus: *sæpe ponitur in plur. pro singulari ad ornatum Is.19.4.* אדנים אדני Domini mei, *quando de creatura est sermo: sed de creatore, cum cametz, & ponitur pro absoluto singulari, aut pro* domino meo. אדן Basis, *Exod.38,27. In Plural.* אדנים *&* אדני.

אדר *In Niphal* נאדר Magnificatus, roboratus fuit. *Exo.15,11. et* ∀*.6, vbi in* נאדרי י *redundat. In Hiph.* Magnificare, *aut* roborare fecit. *Is.42. 21.* אדיר Magnificus, magnus, robustus, fortis, potens, *Ps.8,2. Plural. Iud.5.13.* לאדירים עם Fortibus in populo. *D.Kimchi dicit* ל *esse loco* ב. אדרת Magnifica, grandis. *Eze.17,7. et* אדרתם Magnifica eorum. *Zach.11.13. vel potius* magnificentia eorum. *Itē* palliū magnificū, & preciosum, *vel* pallium pilosum. *Ios.7,21.* אדר Magnificentia, *Zach.11.13. & Mich.2.9. licet hic R.D exponat* palliū.

אהב *siue* אהב Amare, diligere. [*Benoni femin. Hos.10.12.* אהבתי diligēs *cū* י *redundāte: sed aliis iod est constitutiuū nominis Toar. Futur.* אהב Diligā: *Pro. 8,16. Et* ואהב Et dilexi. *Malach.1,2. sed Pro.1.22* תאהבו Diligetis, *ponitur pro* תאהבו *vel* תאהבו; *aut, vt quidā putat, pro* תאהבו *futur. ex Piel. Extat & Benoni Piel Hos.2.*] אהב אהבה אהב Amor, charitas. אהבים *Plural. Hos.8,9.* amores, *pro* amatores. *Et aliud* אהבים *Pro.7.18.*

אהה *Vide* הה, *quia* א *nō est radicale.*

עַצְלוּת & עַצְלָה Pigredo, pigritia: 19,15. & 31,23. *Et in duali: Eccl.* 10,18. בַּעֲצַלְתַּיִם In pigritiis, *vel* Propter pigritias. & *est duale, eo quòd significat* pigritiam vtriusque manus.

עָצַם Roborari, fortificari, augeri in quantitate (*.i.* multiplicari) & qualitate: *vt Dan.* 8,24: & 11,22. *etc. sic Psal.* 40,6. עָצְמוּ מִסַּפֵּר Plura sunt quàm vt narrari *aut* numerari possint. [Claudere: *vt Isa.* 33,15. וְעֹצֵם עֵינָיו Et claudēs oculos suos. *Idem in Piel: Isa.* 29,10. *Sed illud Ier.* 5,17. עִצְּמוֹ *significat* Exossauit eū *.i.* contriuit ossa eius.] *Et in Hiphil,* Roborare: *Psalm.* 105,24.

עָצְמָה & עֹצֶם Robur, fortitudo: *Deuter.* 8,17. *Isa.* 40,29. & *cum affix. Psal.* 139,15. עָצְמִי Fortitudo mea. *Al.* Corpus meum. *Tharg.* Os meum.

תַּעֲצֻמָה *Idē, cuius plurale extat Psalmo* 68,36. תַּעֲצֻמוֹת. עֶצֶם Os ossis, corpus: *Genes.* 2,23. & *Leuit.* 23,14. (*vbi dicitur,* Vsque ad corpus diei huius *.i.* vsque ad hūnc ipsum diē.) Corpus *enim* vniuscuiusque rei *dicitur* עֶצֶם, *vt Exod.* 24,10. *vbi tamen alij exponunt* Aspectum. [Fortitudo: *Iob* 21,23.] *Et cū affix.* 2,5. עַצְמוֹ Os eius. *Item capitur pro* Propinquo.

Et in plurali עֲצָמִים Ossa: *Ezech.* 24,4 & *forma feminea* עֲצָמוֹת & עַצְמוֹת *Prouer.* 14,20. *2. Reg.* 23,18. עָצוּם Fortis, robustus: *Numer.* 32,1. *Et plurale, Psal.* 135,10. [*sed Prouer.* 18,18. *exponitur,* עֲצוּמִים Litigantes, (roborātes se in contentione & lite.) & *est nomen Toar (inquit R. Dau.)* litigantium & certantium in prælio.

עֲצֻמָה Lis, contentio, causa, *vel* probatio, argumentum. *cuius plurale inuenitur Isa.* 41,21. עֲצֻמוֹת.]

עָצַר Claudere, prohibere: *Genes.* 20,18. *&c.* & *Isa.* 66,9. *intrāsitiuè.* Retinere, detinere, retardare: *2. Paral.* 13,20. *Dan.* 10,9. *2. Reg.* 4,24. Demorari, immorari, tardum esse: *Iob* 4,2. & 29,9. *Et in Paul, 1. Reg.* 14,10. עָצוּר וְעָזוּב Clausus & derelictus: *quære in* עזב. *Et 1. Sam.* 21,5. Mulier עֲצֻרָה לָנוּ prohibita à nobis *.i.* propter nos. [Regnare, dominari; *secundum R.D. 2. Paral.* 14,11.]

Et in Niphal נֶעֱצַר Claudi: *1. Reg.* 8,31. Prohiberi, retardari, *&c. vt Numer.* 16,48. *1. Samuel.* 21,7.

עֶצֶר Regnum, dominium: *Iudic.* 18,7. *Et aliud* עֹצֶר Claustrum *.i.* locus in quo quis quidue clauditur: *Isa.* 53,8. *vbi tamen alij exponunt* Dominium & potestatem.

עֲצָרָה Congregatio, & collectio hominum in vnū, *sic appellata, quòd ibi detineantur, & retardentur: Isa.* 1,13. *vbi subauditur* נְשֹׂא *.i.* Ferre. *ac si d.* Non possum ferre iniquitatem & cœtum *.i.* cum cœtu. *Al.* Non possum videre iniquitatem hāc & cœtum. *Et in regimine, Ier.* 9,2. עֲצֶרֶת *vbi quidam habet* Regnum, *quia* in regno est retentio quædam populi, ne faciat quæ non conueniunt.

Item Solemnitas, festum: *quia prohibebatur populo, ne in illa, aut illo, fieret opus: Leuit.* 23,35. *Et erat specialiter* Octauus dies festi tabernaculorum. *Vel iuxta alios,* Congregatio. Retentio populi, *&c. Et in plurali: Ham.* 5,21. עַצְּרֹתֵיכֶם Cœtus vestri *.i.* oblationes cœtuum, *vel* solēnitatum vestrarum. *cum daghes in* צ *euphoniæ causa.* מַעְצָר *et* מַעְצוֹר Prohibitio: *1. Sam.* 14,6. & *Prou.* 25,28.

עָקַב Seducere, decipere, supplantare, Fraudare, dolose agere: *Gen.* 27,35. *Ierem.* 9,4. (*sed Hos.* 12,2. Supplantare, *exponitur* tenere plantam.) *In Piel,* Retardare: *vt Iob* 37,4. יְעַקְּבֵם Retardabit ea *.s.* fulgur & tonitru. *Vel,* eas *.s.* pluuias & niues. *quidam dicunt* ק *esse loco* כ *per affinitatem literarum. pro* עָכַב *à* יְעַכְּבֵם, *.i.* Retardare. עָקֹב Deceptiuum, seductiuum. *Toar masculeum Ier.* 17,9. *Vel* Fraudulentū. *Item* Peruersum, *aut* peruersitas, asperitas *.i.* peruersa, aspera, *&c. Isa.* 40,5. עֲקֻבָּה *Feminin.* Fœdata, inquinata: *vel* fraudulenta, callida, *Hos.* 6,9. עָקְבָּה Calliditas, astutia, fraudulentia: *2. Reg.* 10,18 & *cum* ב Callidè, astutè, *&c.*

עֵקֶב Eo quòd, quia: *Gen.* 22,18. *sic* עֵקֶב אֲשֶׁר & עֵקֶב כִּי *Idem. Item* Merces, *sic appellata, quòd sit* finis operis: *Psal.* 19,11. עַל־עֵקֶב Propter mercedem confusionis suæ. *vel,* Ob cōfusionem suam: 40,16. עָקֵב Calcaneus, planta: *Gen.* 3,15. & *Psal.* 41,10. *Et in regim.* עֲקֵב. וְאֶת־עֲקֵבוֹ Et finis eius, *aut* extremum eius: *Ios.* 8,12. *Tharg.* Insidiæ eius. עֲקֵבִים Calcanei, plantæ. *vel* vestigia *aut* itinera: *vt Psalm.* 56,6. *Aliud plural. masculin.* בְּעִקְבֵי In vestigia, *aut* itinera: *Cantic.* 1,9. *Item Gen.* 49,18. עִקְּבֵי־סוּס Calcaneos equi. *cum daghes in* ק. *sed hæc sunt ab* עָקֵב *cum quinque punctis.*

Et secundū formam femin. עִקְּבוֹת Vestigia *aut* itinera: *Psal.* 89,51. & 77,20. *cum daghes in* ק *euphoniæ causa.*

עָקַד Vincire, ligare, alligare: *Genes.* 22,9. *Et* 30,38. אֶל־עָקֹד Ad alligatum *.i.* pecus quod erat diuersarum macularum, & colorū in loco vbi alligari solet *.i.* in pedibus.

Plurale vers. 37. עֲקֻדִּים Alligata *.i.* maculis respersa in pedibus.

בֵּית־עֵקֶד Domus alligationis (tonsionis:) *2. Reg.* 10,2. *sic dicitur eo quòd tempore tonsionis pedes ouiū alligentur.*

עקה *Inde* מַעֲקֶה Paries tecti: Peribolus in circuitu tecti facta, ne quis è plano tecto facilè deorsum cadat: *Deut.* 22,8. & *nusquam alibi.*

עָקַל *In Piel,* Peruertere: *Habac.* 11,4. *idque in Pual.*

עֲקַלָּתוֹן Tortuosus: *nomen Toar, Isa.* 27,1. עֲקַלְקַלּוֹת Tortuosa, peruersitates: *Iudic.* 5,6. *Psal.* 125,5.

עָקַר Euellere, eradicare: *Eccles.* 3,2. *Idem in Piel, &* Subneruare: *Genes.* 49,6. *Et in Niphal,* Eradicari: *Soph.* 2,4. עֵקֶר Radix, stirps, progenies: *Leuitic.* 25,47.

Et nomen Toar masculin. & feminin. עָקָר וַעֲקָרָה Vir sterilis, & mulier sterilis, in quibus eneruata est vis generandi: *Deuter.* 7,14. עֲקֶרֶת Sterilis mulier. *est in regimine: Psal.* 119,9.

עָקַשׁ Peruertere: *Iob* 9,20. *Idem in Piel: Isa.* 59,8.

Et in Niphal נֶעְקַשׁ Peruerti: *Prou.* 28,18. עִקֵּשׁ *Nomen Toar,* Peruersus: 19,1. & 17,19. *Et* עִקְּשִׁים *in plurali:* 2,15. *Et nomen substantiuum* עִקְּשׁוּת Peruersitas: 4,24. מַעֲקַשִּׁים Peruersitates *.i.* peruersa, aspera, difficilia: *Isa.* 42,16.

ערר *Inde* עֲרִירִי Vnicus, absque filiis: *Gen.* 15,2. *Plurale Leuit.* 20,20. עֲרִירִים Vnici absq; liberis.

עָרַב *In Cal,* Spondere, fide iubere: *Gen.* 44,32. Oppignerare, tradere in pignus: *Nehem.* 5,3.

Negotiari: *Ezech.* 27,9. & 27. *in Benoni* עֹרְבִים Negotiantes, *vel* Negociatores: *sic dicti, quòd spondeant & fideiubeant alter alteri, dum emunt ac vendunt.* [Dirigere, aptare: *Iere.* 30,21. (*sic Isa.* 38,14. עָרְבֵנִי Dirige me. *Al.* Quiescere fac me. *vel,* Iucunda me.) Placere, *vel* Congruum esse, Dulcescere: *Ierem.* 6,20. & 31,26.]

Obtenebrescere, obscurari, occidere: *Isa.* 24,11. *Iudic.* 19,9. [*Sed illud Psalm.* 119,122. *variè exponitur* עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב Congruere fac seruum tuum bono: *vel,* Apta seruū tuum bono. *Vel,* Dirige s. t. in bono, *vel* ad bonum. *Q.* Fideiube, sponde. *Tharg.* Oblecta seruū tuum bono.

Item Iob 17,3. עָרְבֵנִי עִמָּךְ Fideiussorem (vadem) da mihi tecum. *Al.* Pone aliquem mihi per modum pignoris, qui mecum dulcibus verbis disputet.] *In Hiphil,* Aduesperascere. *vt 1. Sam.* 17,16. וְהַעֲרֵב Et aduesperascēdo. *In Hithp.* הִתְעָרֵב Fideiussorem *vel* vadem dare: *Isa.* 36,8.

Miscere, coniungere se, commercium habere: *Prouerb.* 14,10. & 24,21. *&c.* † עָרֵב Dulcis, suauis, gratus: *Cantic.* 2,14. & *Prou.* 20,17.

עֵרֶב Mistio multa *.i.* congregatio è multis populis: *Exod.* 12,38. *sic Ierem.* 50,37. *vbi quoque potest exponi* Negotiatio. [Subtegmen, *vulgò* Trama: *Leuit.* 13,51. *&c.*] עֶרֶב Vespera, *quòd lux & tenebræ eo tempore permisceantur: Genes.* 1,5. *Et in duali, Exod.* 12,6. עַרְבַּיִם Duæ vesperæ.

& *plurale Ier.* 5,6. Lupus עֲרָבוֹת Vesperarum *.i.* vespertinus. *Vel iuxta alios,* Solitudinum *aut* desertorum.

עָרוֹב Mistio diuersorum animalium *aut* bestiarum: *Exod.* 8,18.

עֵרָבוֹן Arrabo, vadimonium, pignus: *Genes.* 38,17. *Et alia forma: 1. Sam.* 17,18. עֲרֻבָּה. *Item aliud, 2. Reg.* 14,14. וְאֵת בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת Et filios arrabonum *vel* obsidum *.i.* principum qui dabant eos in domo regis obsides ne rebellarent. *idem 2. Par.* 25,20.

מַעֲרָב & מַעֲרָבָה Occidens: *1. Paral.* 26,18. & *Isa.* 45,6. *Item cum* ה *in fine, quod ponitur pro* ל *in principio: 1. Paral.* 26,18. מַעֲרָבָה Ad occidentem.

מַעֲרָב *Est etiam* Negotiatio: *Ezech.* 27,19. עֹרֵב Coruus: *Leuitic.* 11,14. *&c.* & *plurale* עֹרְבִים: *1. Reg.* 17,4. & 6. (*vbi tamen quidam exponit* Mercatores *siue* Negotiatores.)

עֹרְבֵי נַחַל Corui torrētis: *Prou.* 31,17.

עֶרֶב *vel potius* עֲרָבָה Cælum, *sic appellatum, à pulchritudine & gloria, vt Psal.* 68,5. *idque in plurali:* Exaltate equitantem בָּעֲרָבוֹת in cælos. *R. Dau. scribit esse* sphæram superiorem, quę circuit omnia, & suo motu omnes alias sphæras mouet. עֲרָבָה Solitudo, desertum: *Iob* 24,5. *vbi dicitur,* Solitudo ei panem *.s.* affert. *Vel* A solitudine est ei panis. Planicies: *Iosue* 11,2. *Et cum* ה *locali:* 18,8. הָעֲרָבָתָה Ad campestre.

עֲרָבוֹת Solitudines, deserta: *Deuter.* 34,8. & *vers.* 1. *vel* Planicies, Campestria, *&c.* עֲרָב *siue* עֲרָב Salix. *cuius plurale est Psal.* 137,2. עֲרָבִים Salices. & עַרְבֵי־נַחַל Salices torrentis: *Iob* 40,17. עֲרָב Arabia: *2. Par.* 9,14. & *nomen Toar* עַרְבִי Arabs: *Isaiæ* 13,20. *A desertis, quæ incolunt, sic cognominantur.*

עָרַג Clamare more ceruorum: tumultum facere: *Psal.* 42,2. *Tharg.* Desiderare. *sic Ioel.* 1,20. *vbi est singulare pro plurali.* עֲרוּגָה Sulcus; linea quam faciunt qui hortum serunt: *Cantic.* 5,13. עֲרוּגוֹת Lineæ, *&c. Hieron.* Areolæ: *Ezech.* 17,10.

ערד *Inde* עָרוֹד Onager, *siue* asinus siluestris: *Iob* 39,2.

עָרָה Effundere, euacuare, nudare, discooperire. *In Niphal* יֵעָרֶה Effundetur, *vel* reuelabitur: *Isa.* 32,15. *Al.* Cōiungetur. (*sed illud* 32,11. וְעֹרָה Et nudare, *pro* nudate vos. *pertinet ad radicem* עור.) *Et in Piel,* Adhærere: *vt* 22,6. וְקִיר עֵרָה מָגֵן Et parieti adhæsit clypeus: *Vel,* Et parieti coniunxit clypeū (*pro* clypeos.) *Vel,* Et Kir (ciuitas regis Assur *.i.* Cyrene) manifestauit clypeum (*pro* clypeos) vt venirent ad prælium contra Ierusalem. Nudare: *vt Psalm.* 137,7. עָרוּ עָרוּ Discooperite, discooperite *.i.* destruite ædificium Ierusalem, donec discooperiatis fundamentum. ע *habet* ־ *propter* ר, *quæ non recipit daghes. sic Isa.* 3,17. *&c.* Effundere: *2. Paral.* 24,11. & *cum defectu* ה: *Genes.* 24,20. וַתְּעַר Et effudit. & *Psal.* 141,8. *Sic in Hiphil* הֶעֱרָה Effundere: *Leuit.* 20,18. *Isa.* 53,12.

Et in Hithpael, הִתְעָרֵה Virescere, *Psal.* 37,35. Euacuari, euacuare se, *aut* Discooperiri, *&c. Thren.* 4,2.

עֶרְיָה Discooperta, *nomē Toar Ezechiel.* 16,

chiel.16,7. *vel est substantiuum, si subaudiatur* ב *.i.* in. *ac si d.* In nuditate.

ערוה Turpitudo, nuditas: *Exod. 28, 42. Et secundum aliam formam, Nah.3,5.* מערך Nuditas tua. [*Et illud 1.Reg.7,36. sic exponitur,* כמער Secundum nuditatem. *Al.* Secundum latus *.i.* ex latere. *vel iuxta R. Dauid,* Secundum coniunctionem vniuscuiusque lori, *&c. vide* מער.]

ערה *Toar* olerum, & herbarum virentium; graminetum. *Plurale* ערות Gramineta, germina, & olera virentia: *Isa.19,4.* [*Et secundum aliam formam* ממערה־גבע E gramineto Ghebah. *Vel,* E loco coniuncto ipsi Ghebah; *quod est* nomen loci germinum *atque* herbarum. *Al.* E latere. *de quo vide etiam* מער.]

ערך Ordinare, disponere: *Iob 32,15.* (& *Ierem. 50,9. vbi subauditur,* seipsos; *vel* bellum: *vt Iudic.20,33.*) *Item 1.Paral. 12. versu 8.* ערכי צנה Ordinantes clypeum. *Vel,* Ordinatores clypei. *vel,* Ordinati ad clypeum. *vt sit Benoni pro Paul. sed illud Psal.40,6.* ערוך Ordinare; *quidã* Æquare *exponunt.* [*Nam hoc verbũ significat &* Æstimare, æquiparare, *vt Iob 36,19. sic 28,17. vbi potest etiã exponi passiuè: vt Psal.89,7.*] (*Inuenitur Imperatiuus cum* ֵ *Iob 33,5.* ערכה Ordina.) *In illo autem Psal.5,4. subauditur* Orationem meam. *& 50,21. etiam subintelligendum est,* Quicquid fecisti, *vel* iudicium. יערכוני Ordinabunt se cõtra me (*pro* Ordinauerunt prælium contra me.) *Iob 6,4.*
[*Et Isa.40,18.* תערכו־לו Æquabitis ei? *R.D. dicit esse Hiphil pro* תעריכו.
Et in Hiphil העריך Æstimare fecit: *2.Reg.23,35. vel* Æstimauit, *etc. Leu. 27,12. & 14.*] מערכה *et* מערכת Locus prælij *.i.* acies, ordo, ordinatio: *Exod.39,37. Leuit.24,6. & 7. In plurali* מערכות & מערכות Acies, *&c.*
ערך Ordo, æstimatio: *Exod.40,23. Iudic.17,10. Et cum affix.* ערכו Ordo eius: *Exod. 40, 4.* Æstimatio eius: *2.Reg. 12, 4. & 23, 34. Inuenitur & vers.23. cum* ה *notificatiuo, & cum affixo præter normam* הערכך Æstimatio tua.

ערל Auferre præputium: *Leuit. 19,23.* ערל Præputiatus, incircuncisus: *Exod.12,48. Isa.52,1.*
Et in regimine ערל שפתים Incircuncisus, *vel* balbus labiis: *Exod.6,12.*
Et cum sex punctis ערל *Idem: Ezechiel.44,9.* ערלים *Plurale: Leuit.19.* ערלי־לב Incircuncisi corde *.i.* graues: & incircuncisi carne *.i.* superflui: *Ezech.44,7. Et femin.* ערלה Incircuncisa, grauis: *Ierem.6,10.*

ערלה Præputium; & *secũdum R. D.* Omnis res superflua, & grauis, quam par est proiicere & amouere. *Est autem* pellis quæ glandẽ *.i.* summam colis (*.i.* hastæ membri virilis) partem tegit. *In regimine* ערלת.
ערלות *Plurale: 1.Sam.18,26. & aliud* ערלות, *Iosu.5,3.* [*Illud autem Habac. 2,16.* והערל Et sis discoopertus, vt discooperias turpitudinem tuam.
Potest etiam esse per Metathesin à רעל *.i.* sopire. *ac si d.* והרעל Et consopire. *Al.* Et videatur, *aut* appareat præputiũ tuum. *est Imperatiuũ vice futuri.*]

ערם Callidè agere, callidum esse: *in Cal et Hiphil: 1.Sam.23,22.*
[*Et in Niphal,* Coaceruari, aceruatim stare: *Exod.15,8.*] ערום Callidus, astutus: *Gen.3,1. Plurale Iob 5,11. & Prouer.14,18.* ערומים.
עירם Nudus: *Gen. 3.* [Nuditas: *Deut.28.*] עירמם & ערומים *in plurali: Genes.3. & Iob 22,6.* † *Feminin.* ערמה Nuda: *Hos. 2,3.* מערום *vel* Nudus: *sed tantùm inuenitur plurale cum affixo: 2.Paral.28, vers.15.* מערמיהם Nudos eorum.
ערמה Calliditas, astutia: *Prou.1,4.* & *cum* ב Astutè, *&c. Iosue 9,4.*
Et cum affix. בערמם In astutia eorum: *Iob 5,12. pro* בערמתם.
ערמה Aceruus: *Ruth 3,7. Plurale mascul. & femin.* ערמים & ערמות Aceruі: *Ierem.50,26. 2.Paral.31,6.*
ערמון Castanea, arbor ferens castaneas. *Hieron.* Platanus: *Genes.30,31.*
Plurale ערמנים: *Ezech.31,8.*

ערס *Inde fit* עריסה Cõspersio *.i.* farina cum aqua. *Plural. Numer.15,19.*

ערף *Inde fit* ערף Posterior pars faciei, *siue* colli: Ceruix: *Exod. 23,27. & cum affix.* ערפך Ceruix tua: *Isa.48,4. Et verbũ in Cal,* Deceruicare, ceruicem torquẽdo frangere: *Deut.21,4.* Diruere, destruere: *Hos.10,2.* [Stillare: *Deuter.32,2. et 33,28.* עריפים Cæli, *sic dicti, quòd stillent & influant pluuiam & rorem in hæc inferiora: Isa. 5,30. R. Abr.* Destructiones *interpretatur.*]

ערץ Conterere, frãgere: *Isa.2,19.* Frangi animo, consternari, pauere, timere: *Deut.2,29. sic secundum quosdam Psal.10,18. licet alij* Terrere, *vel* Conterere *significare malint.*
[Roborare se: *Isa.47,12.*]
Et in Hiphil, 29,23 יעריצו Formidabunt, timebunt. (*R.D.* Roborabũt. *R. Abrah.* Timere facient:) *& 8,12.*
Et in Niphal, Psal.89,8. נערץ Timẽdus. עריץ Fortis, robustus, tremendus, tyrannus: *37,35. & sic vocatur, quòd homo timeat ab illo. Plurale* עריצים: *52,5.* ערוץ Fractura, scissura, interruptio: *Iob 30,6.*
מערצה Fortitudo: *Isa.10,13.*
מעריץ Pauor: *8,14.*

ערק Fugere: *Iob 30,3. frequens est Chaldæis. Et secundum alteram significãtiam vers.17.* וערקי Et nerui mei (*aut* pulsus mei venæ *.s.* pulsatiles.) *Al.* Abarcentes me, persecutores mei: *nam* ערק *secundum quosdam significat etiam* Insequi.

ערש Lectus, stratũ, grabatum: *Psalm.41,4. & cum affixo* ערשו Lectus eius. *Plurale* ערשות: *Hamos 6,4. cum affix.*

עשש *Inde* עש Tinea: *Iob 13,27. Hinc fit verbum,* Computrescere, corrodi. *&c. vt* עששו Computruerunt, *aut* corrosa *vel* consumpta sunt: *Psal.31,11. & vers.10.*

עשב Herba: *Gen.1.* עשבם *cũ affix.* עשבות Herbæ: *Prou. 27,25. cum* ש *daghessato euphoniæ causa.*

עשה Facere, præparare, parare: *Genes.1,31. Isa.41,4. &c. Capitur 2.Sam.19,23. & alibi, pro* Aptare, *vel* Lauare, *aut* Abscindere. *Sic Deuter. 21,12.* ועשתה Et aptabit vngues. *vbi Tharg. & quidam alij habent,* Et crescere faciet, *&c.* vt *scilicet* fiat contempta & abominabilis in oculis heri sui. *Item pro* Sacrificare, offerre: *Exod.10,25. Leuit.16,9. Item* Acquirere; *Gen.12,5.* (*Illud autem 1.Sam.2,6. R.D. exponit* Magnificauit Moseh. *Tharg.* Fecit fortitudinem per manum Moseh.) *Item* Congregare: *Ezech. 28,4. 1. Sam.14,50. &c.* [Frangere, comprimere: בעשות *Ezech.23,21. vt in Piel versu 3.* עשו דדי Fregerunt, compresserunt vbera.] *Et in Niphal* נעשה, Fieri, *&c. Eccles. 9,3. & in Pual* עשיתי *Psalm.139.* מעשה Opus: *8, 17. & capitur pro* pecudibus & bobus, *eo quòd homo seipsum occupat in illorum acquisitione: 1.Sam.25,2. Et plurale* מעשים: *Numer.16,27. &c.*

עשן Fumus: *Gen.15,17. potest esse nomen Toar (inquit R. Dau.)* Fumans. *& in regim.* עשן *Ios.8,20. Et secundum aliam formam, Exod.19, 18.* עשן Fumus. & עשן Fumans, *nomen Toar, 20,18.* עשנים *in plurali.*
Et verbum in Cal עשן Fumare: *19, 18. & Psal.8,5. & 74,1.* Irasci.

עשק Vsurpare *.i.* bona aliena occupare, vim facere, opprimere,

nolle reddere rem proximi, *aut* negare mercedem mercenarij, *&c. Leuitic.6,1.* [*& Isaiæ 38,14.* עשקה־לי Vim fecit mihi *.s.* infirmitas. *Alij tamen exponunt* Auge mihi, *.s.* dies & annos meos. *vt sit Imperatiuum.*] *In Benoni* עשק דל Qui occupat pauperem *.i.* bona pauperis. *vel,* Opprimit pauperem; Oppressor pauperis: *Prou.14,31.*
Et in Paul, Deuter.28,27. עשוק וגזול Bonis priuatus, & direptus, *&c.*
Plurale עשקים Ij quorum bona occupantur, Oppressi: *Iob 35,9. sic Eccl. 4,1. & Ham.3,9. Vel* Oppressiones, direptiones bonorum, *secundũ alios.*
Illud Prou. 28,17. עשק Oppressor, *aut* alienorum bonorũ occupator, *R.D. dicit esse nomen Toar, instar Paul pro Benoni, sed alij passiuè malunt exponere* Oppressus *.s.* à cogitatione & concupiscentia mala. *Vel,* Carceri mancipatus. *Potestque fieri vt sit* Ille qui fidem docet falsam, per quã & alterius corrumpit animam.
Et per metaphoram dicitur, Iob 40,18 יעשק נהר Rapiet fluuium. *ac si d.* Trahet ad os suum totum fluuium, ac si raperet eum. *Hieron.* Absorbebit. *Al.* Bibet. *Hoc autem verbum differt à* גזל, *quòd* גזל *sit* vi rapere & auferre, spoliare. עשק *verò,* nolle restituere rem proximi sui: Defraudare, fraude occultè aliquem decipere: *vt Leuitic.19,13.* עשוק Occupans, *nomen Toar, Ierem.21,12. licet in Biblijs Venetiæ impressis, & in exemplari Hispalensi manuscripto habeatur* עושק.
עשק Occupatio, *aut* detentio rei alienæ, oppressio: *Psal.73,8. Hieron.* Calumnia. *Et aliud Prouer. 28,16.* ורב מעשקות Et multiplicabit rapinas, *aut* occupationes bonorum alienorum. *vide in* נגר. *sic Isa.33,15.*
Et in Piel, particip. pass. מעשקה Oppressa: *Isa.23,12.*

עשק *Cum puncto in sinistro cornu, idem quod* עסק. *& semel inuenitur nomen cum quinque punctis, & verbum in Hithpael, Genes. 26,20.* עשק Litigiũ, lis. *&* התעשקו עמו Litigarunt cum eo.

עשר Locupletari, ditari: *Hos.12, 8. Et in Hiphil,* Ditare, *Genes.14,23.* (*& 1.Sam.17,25. & Psal. 65,10. cum seua sub* ש *loco hiric.*) *Item intrãsit.* Ditari: *Prou.23,4. Psal.49,16. &c. sic Zach.11,5.* ואעשיר Et locupletatus sum, diues effectus sum. *cum* א *quiescente. Et in Hithp. Prou.13,7.* מתעשר Diuitem seipsum præ se ferens. עשיר Diues: *2.Sam.12,1.*
Plurale עשירים Diuites: *Eccl.10,6.*
עשר Diuitiæ, opes: *Genes.31,14.*
עשרו Opes eius.

עשר *Cum puncto in sinistro cornu, in Cal est* Decimare, accipere decimam: *1.Sam.8,15. Idẽ in Piel Nehem.10,38.* Decimas dare, *Gen. 28,22. & Deut.14,22.* [*sic in Hiphil 26,12.* לעשר *pro* להעשר Decimare, dare decimam. *Item Neh.10,39.* בעשר *pro* בהעשר In accipiendo decimas. *Vel,* Quando decimas accipient.]
מעשר *& in regimine* מעשר Decima: *Gen.14,20. Leuit.27,30. & cũ affix.* מעשרו De decima eius: *vers.31.*
Plural. femin. מעשרותיכם Decimæ vestræ: *Neh.18,5.* עשירי Decimus: *Genes.8,5.* עשירית *Femin.* Decima, decima pars: *Exod.16,36. Num.28,6.*
עשיריה Decimatio, *aut* decima: *Isa. 6,13. Nomen Toar,* Denarius numerus, comprehendens decem.
עשור Decimum, *vel* decima: *Exod. 12,3. Leuit.16,29. &c. Et Genes.24, 55.* עשור Decem *.i.* per annũ, *vel* decem menses. *vide* יום. [*Item* Decachordum: *Psal.33,2. vbi deficit* ו *.i.* Et. *sic 92,3. &c.*] עשרון Decimũ, decima pars: *Num.15,4. & in plurali* עשרנים Decimæ: *Leuitic.14,10.*
עשרה עשר & עשרת Decem: *mascul.* עשר & עשרה *Idem: feminin. Et interdum capitur pro* quolibet numero, & non pro ipso determinato. *vt* עשר פעמים Decem vicibus *.i.* multoties. *Iob 19,3. sic Leuitic.26,26. & Eccl.7,20. &c. Post* decem *autem sic dicemus* אחת עשרה Vndecim, *femin. generis.* אחד עשר Vndecim, *masculin. gen.* עשרים Viginti: *Gen.18,31. & 23,1. &c.*

עשת Nitescere, candescere. עשתו Candidi ac nitidi fuerunt: *Ierem. 5,27. vbi intelligitur* pinguedo quæ nitorẽ & munditiã cutis carnis efficit. *Et in Hithp.* Velle, *vel* Cogitare. *vt Ion.1,6.* יתעשת Cogitet Deus de nobis, *aut* Complaceat Deus nobis. עשות *Nomẽ Toar,* Candidus, nitens, purus, tersus: *Ezechiel.27,19.* עשת Puritas, munditia: *Cantic.5,14. R. Abrab.* Vas eburneum *exponit.* עשתות *vel* עשתות Puritas, decor: *Iob 12,5. Al.* Cogitatio.
Et secundum aliam formam עשתנות, *Psal.146,4.* Cogitationes. *à singulari* עשתונה. עשתי Vnus *vel* Vna: *quod compositum cum* עשרה *aut* עשר *.i.* decem, *facit* vndecim. עשתי עשר Vndecimus: *Deut.1,3. & sic de* עשרה.

עת Tẽpus. *require in* עות. *Secundum R. Abr. tamẽ radix est* ענה.

עתד *In Piel,* Parare, præparare: *Prou.24,27. Et in Hithpael,* Parari: *Iob 15,28.* עתיד Paratus: *versu 24.* עתידים Parati: *Esth. 3,14. & 8,13. Et femin.* עתידות: *Deut.32,35.* Parata *.i.* quæ parata sunt eis *.i.* vltiones, *&c. sic Isa.10,13. vbi per* Preparata *intelliguntur* Thesauri.
עתודים Hirci maiores, qui præcedunt capras. *& per translationem,* Maiores, *ac* magnates: *Numer.7,17. Isa.14,9.*

עתם *Semel duntaxat inuenitur in Niphal, Isa. 9,19.* נעתם Obtenebrata, obscurata est terra. *Tharg.* Desolata est. *Hieron.* Conturbata.

עתק Veterascere, senescere: *Psal. 6,8. & Iob 21,7. Alij hic exponunt,* Incrassescere, *vel* Confortari. *illic verò* Incrassescere *.i.* tumescere; *vel* obtenebrari, obscurari, *aut* trãsferri, amoueri; *vt Iob 18,4.* ויעתק Et remouebitur, *seu* eradicabitur.
Et in Hiphil, Amouere: *Gen.12,8.* Transferre, trãsscribere: *Prou.25,1.*
מעתיק Rẽmouẽs, qui remouet, eradicat è locõ suo: *Iob 9,5. Et* Translator, scriba. *Et intrãsit.* Remoueri, eradicari: *32,16.* † עתיק Vetus: *Isa. 23. vers. vlt.* עתק Vetus, crassum, tumidum, durum, forte: *1.Sam.2,3. vbi subauditur* Verbum, *& negatio præposita* אל *.i.* Ne. *sic Psalm.31,19. 94,4.* (*& 75,6. dicitur* Collo pingui, forti, duro, *id est,* verbis duris.)
עתק Multus, multiplex, magnus: *Prou.8,18.* עתיק Antiquus: *Daniel.7.* עתיקים Vetera, antiqua, *vel* fortia: *1.Paralip. 4.* [*sed Isa. 28, 9.* עתיקי משדים Amotos, euulsos ab vberibus.]

עתר Orare vehementer, precari, amicis verbis exorare. *& construitur ferè cum* ל *&* אל *Iob 33,26. &c. In Niphal,* Placari, exorabilem esse: נעתר & נעתור *Isaiæ 19, 22. 1.Par.5,20. Et in Hiphil,* Orare, *etc. Exod.8,23. etc. R.D. scribit significare* Multiplicare verba, loqui, *vt liquet Ezech.35,13.* עתר Densitas, multiplicatio. *& in regimine* עתר *Ezech. 8,12.* עתרת Oratio, multiplicatio: *Ierem.33,6.* [*Sed Soph.3,10.* עתרי Hatharai, nomen gentis, *vel* familiæ. *Tharg.* Israelem *vocat* Hatharai, quia placabilis erat illi Deus.]

NOMINA QVADRATA.

עבטיט Densum lutum: *Habac. 2,6. vide* טיט & עוב.

עטלף Vespertilio: *Leuitic.11,19. in plurali* עטלפים.

עכבר Mus: *Leuit.11,28. Plurale regim.* עַכְבְּרֵי *Iosu.6,3.*

עכביש Araneus, *siue* aranea: *Iob 8,14. Isa.59,5.*

עכשוב Aspis, *vel* species aspidis *Psal.140,4.*

עקרב Scorpio: *Deuter.8,15.* עַקְרַבִּים Scorpiones: *1.Reg. 12,11. Vel* Spinæ. *vt Ezech.2,6.*

ערער Myrice, *aut* Iuniperus, *inquit R.D. (aut potius* Erica:) *Ier.17,6. vide* עור. עֲרוֹעֵר *Idem: 48,6. Tharg.* Genus spinæ, cuius fructus tam exterior quàm interior est comestibilis. [*Item* vna è ciuitatibus Moab: *Isa.17.*]

ערפל Caligo, *siue* densæ tenebræ: *Iob 22,13.*

עשתר *Inde* עַשְׁתְּרָה Grex. *Plurale Deuter.7,13.* עַשְׁתְּרוֹת Greges, caulæ. [*Item* nomen vrbis: *Genes.14,5.*] עַשְׁתֹּרֶת Nomen idoli, Deus Sidoniorum: *1.Reg.11,5. Et Iudic.2,13.* עַשְׁתָּרוֹת Astharoth.

LITERA
פ

פאה Extremitas, finisque cuiuslibet rei: Angulus, plaga, latus: *Ierem.9,26. Et in regimine* פְּאַת: *Exod.27,9. &c.* [*Capitur pro* Coma, *Leuitic.19,27.*] פֵּאוֹת Anguli, extremitates, plagæ: *Exod.25,25.* *Et in regim. Num.24,18. vbi exponitur* פַּאֲתֵי Duces, principes. *Hinc verbum in Hiphil,* Dispergere in angulum: *vt Deut.32,26.* אַפְאֵיהֶם Dispergam eos in extremitatẽ *.s.* terræ.

פאר *In Piel* פֵּאֵר Glorificare, decorare: *Isa.55,5.* [*Sed Deuter.24,20.* לֹא תְפַאֵר Non deiicies *.i.* id quod remanet in ramis; *à* פֹּארָה *.i.* ramus. *& פ est cum ־ ad differentiam alterius cum ־ inquit R.D. Alij tamen legunt cum ־* תְּפָאֵר, *& exponunt* Non glorificabis *.i.* non deiicies gloriam eius ab illo.] *Et in Hithpael,* Glorificare se, gloriari: *Isa.6,21. & 49,3.* *sic Exod.8,9.* הִתְפָּאֵר עָלַי Glorifica te super me. *Al.* Gloriare contra me. *q.d.* hoc honoris tibi sume, vt *&c.* *Hieron.* Constitue mihi. *Tharg.* Postula fortitudinem (*.i.* aliquid difficile) & da tempus. פְּאֵר Gloria, decor, pulchritudo: *Isa.61,3.* [Tiara, *vt Ezech.24,23.* פְּאֵרְךָ Tiaram tuã. פְּאֵרִים Mitræ, Tiaræ: *Isa.3,20.* *& in regim.* פַּאֲרֵי: *Exod.39,28. &*

appellãtur sic, eo quòd sint homini decor, *&c.*] תִּפְאָרָה *&* תִּפְאֶרֶת Gloria, decor: *Ierem.48,17. Esth.1,4.* *Et cũ affix.* תִּפְאַרְתּוֹ Gloria eius: *Isa. 28,1. Et nomen geminans vltimam,* פָּארוּר Gloria: *Ioel.2,6. Quidam exponunt* Ollam *aut* lebetem; *vt* א *redundet. ac si d.* Congregabunt omnem nigredinem ollæ. פֹּארָה Ramus, *sic dictus, quòd sit arbori gloria: Isa.10,33. Plurale* פארות *Ezech.31,5.* *Et cum* ר *ante* א, פֹּרֹאת *17,6. Potest etiam esse à* פרה.

פגג *siue à* פָּגַג *à quo fit* פַּג Ficus immatura, *aut* non matura quantum opus est. *Plurale Cantic.2,13.* חָנְטָה פַגֶּיהָ Dulcescere fecit, (maturauit) grossos suos (*aut* ficus suas immaturas.)

פגל *Inde* פִּגּוּל Caro, cuius odor aspectusque mutati sunt, & idcirco abominabilis. *Et* omnes res abominabiles: *Ezech.4,14.* *Plurale, Isa.65,4.* פִּגֻּלִים Abominabilium *.s.* carnium.

פגע Occurrere, obuiare, obuiã ire: *Iosu.19,32.* Incurrere, inuadere, aggredi: *1.Sam.22,17. Exodi 5,5. sed Isa.64,5.* פָּגַעְתָּ שָׂשׂ Occurristi lætãti, *&c. Q.* Incurristi in gaudentem occursu mortis *.i.* abstulisti iustos è mundo, qui lætabantur in præceptis tuis. *Al.* Suscepisti precationem lætantis, *etc .i.* iustorum. *Sic 47,3.* Non אֶפְגַּע אָדָם Suscipiam preces hominum pro eis. *Siue* Non suscipiam occursum hominum. *Al.* Non occurram eis (sicut *.s.*) homo *.i.* cæteri hominum, sed de eis perfectam vltionem capiam. [Intercedere, precari: *Gen.23,8. Iob 21,15. Ierem.7,16. & 27,18. Ruth 2,16.* *Idem in Hiphil, Isa.53,12. 59,16. Iob 36,31. sic Ierem.36,25. licet aliis sit* Occurrere *.i.* resistere. *Item Isaiæ 53,6.* הִפְגִּיעַ בּוֹ Occurrere fecit ei pœnam, *&c. Vel,* Rogare fecit pro iniquitate, *&c. sic vtroque modo exponitur Ierem.15,11.*] פֶּגַע *&* מִפְגָּע Occursus: *1.Reg.5,4. Iob 7,20.*

פגר *in Piel intransitiuo,* Lassari, fatigari, debilitari, *secundum R.D. sed al.* Pigrescere, *aut* pigrum esse: *1.Sam.30,10. Vel est transitiuum quasi d.* פִּגְּרוּ Præ se ferebãt lassos, *etc. Alij dicunt esse Pual, & hiric esse loco ־.* פֶּגֶר Cadauer: *1.Sam.17,46.* *In plurali* פְּגָרִים *&* פִּגְרֵי.

פגש Occurrere, obuiare, obuiã ire, obuiam habere: *Genes. 33,8. Idẽ in Piel, Iob 5,13. Et in Niphal, Psal.85,11.* Obuiare sibi, *&c.*

פדה Redimere: *2.Sam.4,11.* *Et in Niphal,* Redimi: *Leuit. 27,29.* וְהָפְדֵּה לֹא נִפְדָּתָה Et redimendo non fuit redempta: *19,20. ibi habes Macor ex Hophal. Et in Hiphil, Exod.21,8.* וְהֶפְדָּהּ Et redimere faciet eã *.i.* iuuabit illam in sua redemptione *.i.* diminuet redemptionem eius *&c.* פְּדֻת *vel* פְּדוּת פִּדְיוֹם פִּדְיוֹן Redemptio: *Psalm.111,9. Numer.3,49. Exod.21,30. Et secundum aliam formam* פְּדוּי, *cuius plurale* פְּדוּיֵי Redemptiones: *Num.3,46. & vers.51.*

פדן *Inde illud Dan.11,43.* אַפַּדְנוֹ Palatium suum. *Quidam dicũt* א *esse radical. Apud Doctores* פדן *significat* Duo, par. פַּדַּן אֲרָם Mesopotamia Syriæ: *Genes.25,20. Et cum* ה *locali,* פַּדֶּנָה In Mesopotamiã: *28,2.* *Quidam exponunt* Agrum *aut* regionem Syriæ.

פדע Redimere: *& semel dumtaxat inuenitur, Iob 33,24.*

פדר Adeps: *Leuit.1,8. Cum affix.* פִּדְרוֹ Adeps eius: *12.*

פה Os, oris: *Exod.4,11. &c.* *sic Iosu.9,2.* Ore vno *.i.* vno consensu, vno consilio. *In regimine* ה *mutatur in iod: vt Exod.28, vers.31.* פִּי־רֹאשׁוֹ Os capitis eius *.i.* capitij eius. *Hic* Os *est* labium vestis, superior locus vbi ponitur caput. [Mensura: *vt 2.Reg.2,9.* פִּי־שְׁנַיִם Mensura duorum (*.i.* duarum partium) de spiritu tuo mihi, *vt exponit R.David. sic Deut.21,17. & Zach.13,8.*] Sermo. *vt* עַל־פִּי Iuxta sermonem: *Num.3,16.* לְפִי־חָרֶב In ore gladij *.i.* in acie: *Iosue 6,20.* כְּפִי Secundũ. *vt* כְּפִי אָכְלוֹ Secundum comedere suum *.i.* quẽadmodum comederit. *Item* עַל־פִּי *Genes.43,6. pro* לְפִי Secundum. *& 47,12.* לְפִי הַטָּף Secũdum paruulum *.i.* secundum mẽsuram paruuli, *aut* quemadmodum paruulus alitur. *Cum affix.* פִּיו *et* פִּיהוּ Os eius. פִּי Os meum, *pro* פִּיי. פִּימוֹ *&* פִּיהֶם Os eorum. *& sic de cæteris.*

פִּיּוֹת Acies: *Iudic.3,16. Et* פ *cũ hiric, et geminato* פ פִּיפִיּוֹת *et* חֶרֶב פִּיּוֹת חֶרֶב־פִּיפִיּוֹת Gladius duarum acierum *.i.* anceps: *Prou.5,4. Psal.149,6. Et forma masculin.* פִּיפִים. *Vnde 1.Sam.13, vers.2.* הַפְּצִירָה פִּים Lima multa habens ora. פֹּה *&* פוֹ Hîc *aduerbium,* huc: *Genes.22,5. 1.Sam.16,11. Ezech.40,21.* פא *Idem: Iob 38,11. Quidam exponit* Littus. מִפֹּה וּמִפֹּה *vel* מִפּוֹ וּמִפּוֹ Hinc & inde: *Ezech.41,15.*

פוג Remissum esse, debile esse, *aut* debilitari, lassari, lassescere: *Habac.1,4.* (*R.Abrah.* Quiescere, auferri.)

auferri.) *sic Psal.77,3. & Gen.45,26. &c.* וַיָּפָג *&* תָּפוּג. *Idẽ in Niphal. vt* נְפוּגוֹתִי Debilitatus sum: *Psal.38,9.* *Et nomen* פוּגָה, *& in regimine* פוּגַת Requies: *Thren.2,18. Et aliud præposito* ה, *3,48.* מֵאֵין הֲפֻגוֹת Eo quòd nõ essent requies, *aut* remissiones *.s.* à fletu.

פוח *Est* נָפַח Flare, spirare, sufflare: *vt* יָפוּחַ *Cantic.2,16.* *Et in Hiphil,* Perflare: *Isa.14,16. itẽ Ezech.21,31.* אָפִיחַ עָלַיִךְ Sufflabo, *aut* sufflare faciam super te *.i.* transire faciam ignẽ furoris mei super vos. *sic Psal.10,5.* יָפִיחַ בָּהֶם Sufflabit, *aut* sufflare faciet in eos. *Tharg.* Irascetur. *Al.* Illaqueabit, *vel* illaqueare faciet eos; *vt illud* הָפֵחַ בַּחוּרִים Illaqueare, *aut* illaquea, *pro* illaqueant in cauernis, *&c. Isa.42,22. Item Psal.12,6.* יָפִיחַ לוֹ Illaqueabit eum *.s.* pauperem *.i.* ponam in salute (pauperem ab eo qui) tendit ei laqueos. (*Q.* Loquetur ei, *pro* eis. *Al.* Dolore afficiet eum. *Tharg.* Et impiis contestari faciam malitiam.) *sic Prouer.29,8.* [*Sed 12,17. et 14,29.* יָפִיחַ Loquetur.] פִּיחַ Fauilla, *aut* cinis: *Exod.9,8.* *Hinc est &* פַּח Laqueus: *Hos.5,1.* Offendiculũ. *Plurale Prou.22,5. etc.* פַּחִים Laquei. [*Item* Bracteæ, laminæ: *Numer.16,36. & in regimine* פַּחֵי: *Exod.39,3. sicque vocantur eo quòd* expandantur vt laquei.]

פוך *Secundum Hieron.* Stibium, quo ad venustandos oculos peculiariter vtebantur: *2.Reg.9,29. vbi est Hypallage. ac si d.* Posuit stibium in oculis suis. *Vel,* Posuit, *id est,* disposuit, aptauit stibio oculos suos. [*Item* Carbunculus, qui est coloris stibij: *1.Paral.29,2. R. Abr.* Lapis preciosus niger.]

פול Faba: *1.Sam.17,27. & Ezechiel.4,9.*

פון *Inde* פֶּן Ne fortè: *Gen.3,3. etc.* *Non iungitur nisi futuris verborum, præterquam 2.Sam.20,6. vbi iungitur præterito vice futuri. Hinc fit verbũ in Cal, Psal.84,16.* אָפוּנָה Hæsitabo, addubitabo. *Alij exponunt* Tempus multum. *quære in* אפן. [*Illud autem Prou.5,6.* פֶּן־תְּפַלֵּס Ne fortè ponderet. *R. D. censet esse legẽdum admiratiuè,* Num fortè ponderabit! Non faciet, *&c. Al.* Non ponderabit. *vt Isa.27,3.* פֶּן *.i.* Ne fortè visitet. *R. Ion.* Non visitabit.]

פוץ Dispergi, *&* conteri, confringi cũ dispersione: *1.Samuel.14,34. &c. Idem in Niphal,* נָפֹצוּ *Gen.10,18. Et in Hiphil, Deu-*

ter.4,27. הֵפִיץ Dispersit. *sic Isa.24,1. vel* Dispergere fecit; *vt Deut.28,62. 30,4. &c. Hoc verbum significat* Cõterere dispergendo, *vel,* Dispergere rem contritam in diuersas partes: *vt Iob 18,11. Nah.2,2. &c.* [*& Prou. 25,18.* מֵפִיץ Conterens *.i.* malleus cõterens & dispergens. *Est participiũ, vel nomen,* Malleus quo petræ conteruntur; *vel* quid simile.] *Interdum intransitiuè capitur, vt 1.Samu. 13,8. (& Exod.5,12. iuxta quosdam.)* *Et verbum in Poel, Ierem.29,29.* יְפֹצֵץ Conteret. *Et in Hithpael, Habac.3,6.* וַיִּתְפֹּצְצוּ Et contriti sunt. *Et verbum geminatum,* וַיְפַצְפְּצֵנִי Et contriuit me: *Iob 16,12.* תְּפוֹצָה Dispersio, contritio. *Plurale cum holem vice surec, Ierem.25,34.* וּתְפוֹצוֹתִיכֶם Et dispersiones vestræ *.s.* completæ sunt. *Sub secundo* ה *est hiric pro sere.*

פוק Impingere, offendere, ruere, cadere. *vt Isa.28,7.* פָּקוּ פְּלִילִיָּה Impegerunt in iudicio. *Et in Hiphil,* Educere, proferre *.s.* in lucem: *Prou.3,12. 8,35. 18,21. sic Psal.140, 9.* אַל־תָּפֵק Ne educat (*.s.* ad opus quod cogitauit) *.i.* ne perficiat. *Sed Ierem.10,4.* וְלֹא יָפִיק Et non cadet *.i.* non egredietur à sua dispositione, *vel* è loco suo.] פִּיק Offensio, offendiculum: *Nah. 2,10. vbi dicitur de genubus. Nam genua timẽtium valde, semuicem offendũt, ita vt homo ferè ruat.* † *Idem* פוקה *1.Samuel.25,31.*

פור Irritare *seu* irritum facere: frangere, confringere, conterere. *In Cal tantùm Macor exstat* פּוֹר, *Isa.24,19.* הָפֵר *&* הֵפִיר *in Hiphil frequens est eius vsus: Gen.17,14. &c. sic Eccl.12,5.* וְתָפֵר הָאֲבִיּוֹנָה Et irritabis concupiscentiam *.s.* mulierum. *Et in Hophal, Ierem.33,21.* תֻּפַר Irritabitur. *Et in Poel, Psal.74, 13.* פוֹרַרְתָּ Fregisti, diuisisti. *Et in Hithpael, Isa.24,19.* הִתְפּוֹרְרָה Confringetur. *Et geminatum, Iob 16,12.* וַיְפַרְפְּרֵנִי Et confregit me. *Hinc vocatur* פּוּרָה Torcular, *eo quòd calcent & confringant vuas in medio eius: Isa. 63,3.* פּוּר Sors: *Esth.3,7. Et plurale 10,26.* פּוּרִים. [לַחְפֹּר פֵּרוֹת Fodienti foueas. *quære in* חפר.]

פוש Multiplicari: *Habac.1,8. Ierem.50,11. & Malach.4,2.* וּפִשְׁתֶּם Et multiplicabimini. *cum hiric sub* פ *pro patach. Idem in Niphal,* נָפֹשׁוּ Multiplicati sunt: *vel,* Dispersi sunt: *Nah.3,17.* פַּשׁ Multitudo: *Iob 35,15.* Nõ cognouit בַּפַּשׁ in mul-

titudine valde *.i.* multum valdè *.s.* vias Domini. *Vel,* Non cognouit multitudinem (peccatorum suorũ) valde. פִּישׁוֹן Fluuius quidã: *Genes.2,11. sic vocatus, quia aquæ eius sunt multæ, aut quia crescunt præ aliis fluminibus.*

פות Cardo ostij. פֹּתוֹת Cardines: *1.Reg.7,50.* [*Item* Turpitudo, pudenda: *vt Isa.3,17.* פָּתְהֵן Turpitudinem earum, *vel* podicem earum, *&c. Quidam deducunt à* פֵּאָה. *ac si d.* Cæsariem earum.]

פזז Roborare, fortificare, *R.D. Vnde Gen.49,23.* וַיָּפֹזּוּ Et roborata sunt. *Q.* Et deaurata sunt *.i.* auro ornata. *Hieronym.* Dissoluta. *Et in Piel Benoni* מְפַזֵּז Viriliter agẽtem: *2.Sam.6,16. Mos enim saltantiũ est (inquit R.D.) vt roborent cingulũ lumborum suorum, cùm saltare volunt. Hieron.* Subsilientem. פָּז Aurum optimum, & purificatum, quod est fortius: *Iob 28,17.* *Et particip. passi. ex Piel, 1.Reg.10, 18.* מוּפָז Depuratum, roboratum. *Et cum* א *redundante, Daniel.10,5.* אוּפָז Purum, optimum. *sic Ierem.10, 9. Vel potius (vt multi censent) est* nomẽ loci, qui auro abundat optimo. *Tharg.* Ophir.

פזר Dispergere. *vnde* פְּזוּרָה Dispersa: *Ierem.50,17. Et in Niphal, Psal.141,7.* נִפְזְרוּ Dispersa sunt. *Et in Piel* פִּזֵּר Dispergere: *53,6. etc.*

פחד Pauere, formidare, timere: *Psal.119,161. &c. Idem in Piel, Prouerb.28,14. & Isa.51,13.* *Et in Hiph. Iob 4,14.* הִפְחִיד Terruit. פַּחַד Pauor, formido, timor: *Gen. 31,40. (Interdum capitur pro* Deo, quem timemus: *vt vers.51.) & cum affix. 1.Paral.14,16.* פַּחְדּוֹ Pauor eius. *Et forma feminea, Ierem.2,19.* פַּחְדָּתִי Pauor mei. *Et plurale masculeum, Iob 15,21.* פְּחָדִים Pauores. [*Sed 40,12.* Testiculi.]

פחה *Inde* פֶּחָה Dux: *Nehem.5,13. & in regimine* פַּחַת, *Habac. 1,1. &c. quod quidem venit interdum pro absoluto: vt 2.Reg.18,24. & cũ affixo, Malach.1,8.* לְפֶחָתֶךָ Duci tuo. *sed Nehem.5,14.* פֶּחָם *ponitur pro* פֶּחָתָם Dux eorum. פַּחוֹת *&* פַּחֲוֹת Duces: *1.Reg.20,24. Ezr.8,36.*

פחז Festinare, accelerare, leuem, velocem, mobilemque esse: *vt Soph.3,4. & Iudic.9,4. idque in Benoni* פּוֹחֲזִים Festinantes. *R.Abr.* Vacui *.i.* quibus non est cibus. *Rab. D.* Leues *.s.* cognitione. *Vel,* Leues ad rapiẽdum. *Tharg.* Temerarij, audacesque

Et in Piel, 1.Reg.18,25. וַיְפַסְּחוּ Et trãsiliebant, saltabant. פִּסֵּחַ Claudus: *Leuit.21,18. Plural.* פִּסְּחִים.

פֶּסַח Pesach, Trãsitus: *Exod.12,43. Plurale 2.Paral.30,17.* פְּסָחִים.

פָּסַל Dolare, sculpere; *& dicitur tam de* lapidibus, *quàm de* lignis: *Habac.2,18. &c.* פֶּסֶל Sculptile: *Exod.20,4. Cũ affix.* פִּסְלִי Sculptile meum. פְּסִילִים Sculptilia: *Isa. 42,8.* [*Item* nomen loci, vbi dolabantur lapides. *i.* Lapidicina, latomia: *Iudic.3,19.*]

פָּעָה Clamare. *vnde Isaiæ 42,14.* אֶפְעֶה Clamabo. [*Item* serpentis genus. *de quo vide* אֶפְעֶה.]

פָּעַל Operari: *Numer.23,27. &c.* פֹּעֲלֵי אָוֶן Operatores iniquitatis: *Psal.5,6.* פֹּעַל Opus: *Isa.5,12. & cum affix.* פָּעֳלוֹ Opus suum. *i.* merces operis sui: *Iob 7,2. (Et cum holem* וּפָעֳלוֹ Et opus eius: *Isa.1,31. & Ierem.22,13. vbi* opus *capitur pro* mercede, *vt alibi sæpè.) Plurale, 1.Paral.11,22.* פְּעֻלִּים Opera. *Et cum* ה *femineo* פְּעֻלָּה Opus. *i.* merces: *Leuitic. 19,13. idq; in regimine. Plurale, Psal. 17,4.* פְּעֻלּוֹת *Idem.* מִפְּעָל *vnde* מִפְּעָלָיו Opera sua: *Prouerb.8,22. Et femin. plurale* מִפְּעֻלּוֹת *Psal.46,9.*

פָּעַם *In Niphal & Hithpael,* Contundi, conteri, *aut* contritum & contusum esse: *Psalm.77,5. Hierony.* Stupere. *Lxx.* Turbari. *& Daniel.2,1.* [*Et Macor in Cal, Iudic. 13, vers.25.* Et incepit spiritũ Domini לְפַעֲמוֹ conterere eum. *Al.* Pulsare eum, & quasi tinnitum facere illi. *Hieron.* Cœpitque spiritus Domini esse cum illo. *s.* prima vice. *à* פַּעַם *i.* vice.] פַּעַם Vice, semel: *vt Iosue 6,3.* פַּעַם אֶחָת Vice vna. הַפַּעַם Semel: *Gen.18,32.* פַּעֲמַיִם Duabus vicibus, bis: *Numer.20,11. Et plurale* שֶׁבַע פְּעָמִים Septem vicibus: *Genes. 33,3.* [*Est etiam* Contritio, *vel* malleus, quo aliquid conteritur, incũs: *vt Isa. 41,7.* אֶת־חוֹלֶם פָּעַם Cum percussione contritionis, *vel* percussione mallei. *Al.* Ad percussionem incudis. *i.* ad percutiendum cum illo bracteas *vel* laminas super incudẽ.]

פַּעַם Pes; *cuius plurale* פְּעָמִים Pedes: *Ezech. 41, 6. sic Psalm.74, 3.* פְּעָמֶיךָ Pedes tuos. *Al.* Contritiones tuas, (terroresque tuos.) *vel* Malleos tuos. *& in regim.* פַּעֲמֵי Pedes pauperum. *s.* conculcabunt eam: *Isa.26,6. Hieron. & Lxx.* Gressus, *sæpius vertunt.* [*Plurale femin.1.Reg. 7,30* פַּעֲמֹתָיו Anguli eius.]

פַּעֲמוֹן Tintinnabulum, *à percussione sic*

Et quia ira apparet in facie, nomine faciei significatur Ira: *Gen.32,29.*

פָּנִים וְאָחוֹר Ante & retro: *Ezech.2, 10.* לְפָנִים Ante, antea.

מִלְּפָנִים Ab ante, ab initio.

Et מִלְּפָנִים Intrinsecus, *&c.*

לְפָנַי *&* עַל־פְּנֵי Ante faciem, *vel* coram, ante: *Gen.25 9. & 6,11.*

לִפְנֵי שֶׁהֵם Antequam perderet: *13, 10. &c. Et cum* מ *et* ל *simul, Ion.1,3.* מִלִּפְנֵי יְיָ A facie Domini. *i.* à loco qui est coram Domino, *& est* locus receptionis prophetiæ. *& sic alia huiusmodi sunt exponẽda. & cum affix.* פָּנָיו Facies eius: *Genes.4,4.* Ira eius: *32,19. &c. Item Deut.4,37.* בְּפָנָיו In facie sua, *vel* Per faciem suam. *Al.* Per vitam suam. *ac si d.* Iuramento suo. *sic Iob 21,31.* עַל־פָּנָיו In vita eius. *Vel* Per vitam eius. *(Targ.* Coram illo.) *& secundum quosdam: 1, 12.* עַל־פָּנֶיךָ In faciem tuam. *Vel,* Per vitam tuam, *&c.* עַל־פָּנַי Coram me: *Exod.20,3. Vel,* Ad iram meam. *i.* ad irritandum me. לִפְנֵי Intrinsecus: *1.Reg.6, 16. ponitur pro* הַפְּנִימִי *vel* לִפְנִים *aut* פְּנִימָה Intrinsecus: *Psal.45,14. & 1.Reg.6,17.*

מִפְּנִימָה *&* לְפְנִימָה Intra, intrinsecus: *2.Paral.29,16. 1.Reg.6,18.*

פְּנִימִי *Nomen Toar,* Interior: *Ezech. 41,15.* *Plurale 1.Paral.28,11.* פְּנִימִים. פְּנִימִית *Feminin.* Interior: *1.Reg.6,33.* פְּנִימִיּוֹת Interiora, intrinseca: *2.Paralip.4,22.*

פָּנַק Delicatè nutrire. *semel in Piel inuenitur Prou.29,21 frequẽs est in Thargum.*

פַּס *vel potius* פֶּסֶס *Inde* פַּס Multicolor. פְּסִים Multorum colorum, *seu* multicolores: *Gene.37,3. Hieron.* Polymita. [*Sed Psal.72,16.* פְּסַת בָּר Pars, particula frumenti. *Vel iuxta alios* Vola, *aut* palma frumẽti. *ac si d.* Serent volã plenam frugibus. *Al.* Contentatio. *i.* abundantia. *Verbum in Cal,* Finire. *vt Psal.12,2.* פָּסוּ אֱמוּנִים Finitæ sunt veritates. *Vel,* Finiti sunt fideles. *Al.* Excisi sunt, consumpti sunt, defecerunt.

פֶּסֶג *Inde* פִּסְגָה Collis, *idem quod* גִּבְעָה: *Num.21,11. Hinc verbum in Piel,* Roborare, munire, *secũdum R.D. Psal. 48, 14.* פִּסְּגוּ Roborate, munite palatia eius. *Hierony.* Separate. *Lxx.* Distribuite. *R.Sal.* Exaltate. *Al.* Aspicite palatia eius, quæ sunt fortia sicut colles.

פָּסַח Transire, *vel* Saltare, transilire: *Exod.12.* [Claudicare: *1.Reg.18,20. Et in Niphal, 2.Sam. 4,6.* וַיִּפָּסַח Et claudus effectus est.]

sis). *i.* ferrum indicans æquilibram. *Al.* Virga ferrea signata sectionibus, ex quibus deprehenditur rei pondus. *Quidam dicunt quòd* פֶּלֶס maiora põdera tantùm ponderet; מאזנים *verò* parua.

פָּלַץ Terreri, formidare, tremere: *in Hithpael: Iob 9,6.* פַּלְצוּת Terror, tremor, pauor: *Isaiæ 21,4. Hieronym.* Tenebræ.

מִפְלֶצֶת Idolum: *(quia est terrori suis cultoribus)* simulacrum: *1.Reg.15,13. Et cum affix.* מִפִּלְצַתָּהּ Idolum eius: *2.Par.15,16. Et secundum aliam formam* הִפְלַצְתֶּךָ Idolum tuum: *Ierem.49, 16. Vel,* Superbia & arrogantia tua. *Al.* Terror tuus, qui iniectus fuerat vicinis tuis. *Tharg.* Stultitia tua.

פָּלַשׁ Inuoluere se cinere, *aut* puluere, *in Hithpael, Ierem. 25,34. &c.*

פָּלַשׁ *Cum puncto in sinistro cornu, quod æquiualet ipsi* ם. *Vnde* מִפְלַשֵּׁי־עֹשֶׁן Expansiones, *(aut* differentiæ, *vel* põdera) nubis? *Tharg.* Quæstiones. *Hieron.* Semitas. *Iob 37,16.*

פֶּגֶן *Inde fit* פִּנָּה Angulus: *Psalm. 118,22.* פִּנָּה *pro* פִּנְּתָהּ Angulus eius: *Prouer.7. (vel est à* פֵּן, *cuius plurale, Zach.14,10.* פִּנִּים Anguli.)

Et femineum פִּנּוֹת: *Iob 1, 19.* [*Item* Turres fortes, *quia anguli sunt fortitudo ædificij: Soph.1,16. Et Metaphoricè etiam* Maiores populi, duces, principes: *Iudic.20,2.*] פִּנִּים Lapides preciosi, gẽmę rubeę. *fortè* Rubini: *Thren.4,7.*

פַּנָּג *Q.* Nomen loci. *Tharg.* Genus oleris. *Al.* Balsamum: *Ezech.27,17.*

פָּנָה Aspicere, respicere, vertere se, reuerti, cõuerti, declinare: *Deut.31,18. &c. In Macor* פְּנוּת, Respicere, *pro* respiciebant: *Ezech. 43,17.* פָּנוּ Respicere, *pro* respiciebatis: *Hag.1,9. Vel,* Respicere. *s.* vestrũ erat ad multum. לִפְנוֹת עֶרֶב Cũ declinaret vespera: *Gen.24,62. &* לִפְנוֹת הַבֹּקֶר Dum manè aspiceret, *id est,* veniente die: *Iudic.19,26.*

Futurum sic inuenitur sine ה, וַיִּפֶן. הִפְנָה *Hiphil est transitiuum: Ierem. 48,39. &c. & sæpiùs intransitiuum: 46,5. &c. & particip. passi. Ezech.9, 2.* מְפֻנֶּה Versus, a, um. *Futurum sine* ה, וַיִּפֶן. *Et in Hophal: Ierem.49,8.* הֻפְנוּ Versi sunt, *aut* iussi sunt verti.

Et in Piel, Aptare, præparare: *Genes.24,31.* Euacuare, expurgare, vertere, scopare: *Soph.3,15. Tharg.* Auferre, remouere. פָּנִים Facies, vultus: *eo quòd aspiciat huc atque illuc.*

aut putaui, *exponunt.) & Psal.106, 30. Tharg.* Orauit, precatus est.

[*Et in Niphal, iuxta R.Iud.* וְנִפְלַל Et iudicabitur: *Ezech.28,23. de quo vide* נפל.] *Et in Hithpael* הִתְפַּלֵּל Orare, precari: *2.Paral.30,18. &c.*

תְּפִלָּה Oratio, precatio: *Isa.1. Plurale* תְּפִלּוֹת Orationes.

פְּלִילִי Iudicata, *aut* iudicanda, iudice digna: *Iob 31,28. est nomen Toar.*

פְּלִילִים Iudices: *vers.11.*

פְּלִילָה Iudicium: *Isaiæ 16,3.*

Et 28,7. secundum aliam formam, vbi deficit ב *i.* in. *ac si d.* פְּלִילִיָּה In iudicio.

פָּלָא Absconditum esse, latere: *in Niphal, Prou.30,18. Deut. 30,12. etc.* Mirabile esse, difficile esse, mirificari: *Psal.139. Item* Separari: *Exod.33, 16. sine* א *more desinentium in* ה. נִפְלְאָתָה Mirabilis fuit: *2.Sam.1,26. estque cum duobus signis femineis.* נִפְלָאת Absconditum, *vel* mirabile: *Psal.118,23: fortè* ת *ponitur pro* ה. נִפְלָאוֹת *&* נִפְלָאִים Mirabilia, terribilia: *sunt adiectiua, vel participia. Psalm. 139. Exod. 34, 10. Et in Hiphil* הִפְלִיא Mirificare: *Isaiæ 28, 29. & Psal.31,21. Item Isa.29, vers.14.* לְהַפְלִיא Vt mirificem, *vel* mirari faciam populum hunc הַפְלֵא וָפֶלֶא mirificatione & miraculo. *Vel,* Vt adducam malum inauditum & admirabile super populum hunc. *Al.* Vt abscõdam, occultem à populo hoc, *&c.* [Separare: הִפְלָא *Deuter.28,57. Psal.4,4. Item Leuitic.27,2. vbi dicunt* בְּעֶרְכְּךָ. *i.* in æstimatione tua; *poni pro* בְּעֶרְכְּךָ. *i.* in æstimatione. *hic quidam exponunt* יָפְלִיא Declarauerit, exposuerit, *vt etiam illud Numer.6,2.*

Et cum ה *pro* א *more desinentium in* ה *Exod.9,4.* וְהִפְלָה Et separabit, *aut* separationem faciet: *vel,* Diuidet, *aut* diuisionem faciet. *sic 8,17. 11,7. & Psal.17,6. Idem in Piel, Leuit.22,21.* לְפַלֵּא Vt separet, declaret.] *Et in Hithpael, Iob 10,6.* הִתְפַּלֵּא בִי Mirificaberis, mirificabis te, mirabilemque facies te in me. פְּלִאי Mirabile: *Iudic.13,18. est Toar* nominis Dei mirabilis. פְּלֹנִי Talis, quidam, cuius nomen non exprimitur, certus aliquis, sed occultus & ignotus: *Ruth 4,1. Vide* אלם. פֶּלֶא Mirabile, mirum, miraculum: *Exod.15,12.*

פִּלְאֲךָ *&* פִּלְאֶיךָ Mirabile tuũ: *Psal. 77,12. & 89,6.* פְּלָאִים *Plurale masculin. Thren. 1,9. ponitur pro* Mirabiliter, *vel* mirabili descensu. *Et aliud plurale femininum, Psalm. 119, 129.* פְּלָאוֹת Mirabilia, *vel* occulta.

Et secũdum aliam formã מִפְלָאוֹת Mi-

dacesque: *vel (vt alij habent codices)* Contemptibiles.

פַּחַז *et* פַּחֲזוּת Festinatio, leuitas, motus: *Gen.49,4. Ierem.23,32.*

פֶּחָם Carbo: *Isa.54,16. (sed illud Nehem.5,14. quære in* פחה.)

פַּחַת Fouea: *Ierem.48,28. Plurale* פְּחָתִים *1.Samuel.17.*

פְּחָתָה Confossio (*s.* lepræ est) *Leuitic.13,54. Vel,* Defectus est. *quia Hebræi dicunt,* לֹא פָּחוֹת וְלֹא יֹתֵר Non plus neque minus.

פִּטְדָה *Inde fit* פְּטֵדָה Lapis preciosus viridis, Smaragdus. *Hieron.* Topazius: *Exod.28. In regimine* פִּטְדָה: *Iob 28,19.*

פָּטַר Mittere, emittere, dimittere, Soluere, aperire, *(verbũ Chaldæis admodum familiare) 2.Paral. 23,8. Prouer.17,13. & 1.Paral.9,33.* פְּטוּרִים Dimissi. *s.* ab aliis operibus.

וַיְפַטֵּר Et dimisit se. *i.* declinauit: *1.Sam.19,20. Idem in Hiphil: Psalm. 22,8.* יַפְטִירוּ בְשָׂפָה Emittent labio, *aut* per labium. *Vel potius,* Aperient labium. *i.* verba. *vt* ב *redundet. Vel,* Aperient labium in sermone: *& tunc* מִלָּה *i.* sermo, *subintelligendum est.* R.D. Emittent verba (subsannatoria) per labium. פִּטְרָה *&* פֶּטֶר Apertio, emissio: *&* Primogenitus, quia primus emittitur è vulua, & illã aperit: *Exod.1,13. & huius regim.* פִּטְרֵי צְצִים: *Num.8,16.* פְּטוּרֵי צִצִּים Emissiones, apertionesque florum: *1.Reg. 6,17. Hieron.* Cælaturæ eminentes.

פַּטִּישׁ *Inde fit* פַּטִּישׁ Malleus magnus: *Isa.41,7.*

פִּיד Contritio, afflictio, euentus malus: *Prouerb.24,22.*

[*Quidam illud Iob 12,5.* לַפִּיד Lampas *aut* tęda: *exponit* Ad contritionem.]

פִּים *Inde* פִּימָה Lumbricus qui fit in ventre viri pinguis: *Iob 15,27. Q.* Os *vel* ora. *Al.* Rugas. *Tharg.* רוּטְבָא.

פָּכָה Egredi, exire. *vnde in Piel, Ezech.47,2.* מְפַכִּים Egrediebantur. פַּךְ Lenticula, vas olearium, *quòd ex illo educatur oleum, sic vocatum: 1.Sam.10,1.*

פֻּכָּר *Inde* פֻּכֶּרֶת Nomẽ proprium vnius è seruis Salomonis: *Ezr.2.*

פָּלַל Iudicare, facere iudicium. *in Piel: 1.Sam. 2,25.* וּפִלַּלוֹ Et iudicabit illum (Deus *vel* iudex.) & quis יִתְפַּלֵּל לוֹ Diiudicabitur cum illo? *ac si d.* Quis ingredietur iudiciũ pro illo cum Domino? *Vel,* Rogabit, *aut* precabitur pro illo? *Item Genes.48,11. (vbi q.* פִּלַּלְתִּי Cogitaui,

rabilia: *Iob 37,16.* פֶּלֶא *vel* פֶּלֶא Admirabilis: *Isa.9,6. est nomen Toar.*

Et femineum, Psal. 139,6. פְּלִיאָה *pro* פְּלִיאָה Occulta, mirabilis.

פָּלַג Diuidere, separare: *in Piel* פִּלַּג *Iob 38,25. Et in Niphal, Genes.10,25.* Nomen vnius פֶּלֶג Phelegh, quia *&c.* נִפְלְגָה Diuisa est terra, *&c.* פִּלְגָה Diuisio. *Iudic.5,15.* הִפְלֻגוֹת In diuisionibus Reuben, quibus *scilicet* se diuisit à fratribus. [*sed Iob 20.* Riui *exponitur.*]

פְּלֻגָה Diuisio, portio, functio: *2. Paral.35,5. & secundum aliam formam, 35,2.* לְהִפְלֻגוֹת Secundum diuisiones, partes, *&c.*

פֶּלֶג Riuus, *sic appellatus, quòd à suo fonte diuidatur: Psal.65,10.*

פְּלַגִּים *&* פְּלַגֵּי Riui, *in plurali.*

פַּלֶּד *Idem quod* לַפִּיד Lampas, tęda. *Plurale Nah.2,3.* פְּלֻדוֹת. לַפִּידוֹת *dicitur per Metathesin, quasi*

פָּלָה Diuidere, segregare: *& quæ solent citari in hac radice, habes in* פלא.

פָּלַח Abscindere, findere, diuidere, *in Cal solùm Benoni, & in Piel futurum duim taxat inuenitur: Psal.141,7. & Prouer.7,23. &c. (sic Iob 39,2.* תִּפְלַחְנָה. *licet quidam habeãt,* Incuruantur, *vel* incuruant se.)

פֶּלַח Fragmen: *Iudic.9,53. 1.Sam.30, 12. item Iob 41,14.* כְּפֶלַח תַּחְתִּיוֹת Sicut mola inferior, *quæ dicitur* meta, *sic dicta, quòd sit diuisa à superiori, quæ vocatur* Catillus.

פָּלַט *in Cal,* Euadere, se eripere: *Ezech.7,16. Et in Piel,* Eripere, eruere: *Psal.18,3. (& 32,7. in Macor* פְּלֹט *i.* Liberare, *pro nomine i.* liberatio. *vt 56,4.) & intransitiuè* Euadere, se eripere: *Prouerb.23,7.*

[Eiicere *vel* proiicere fœtum. *vel* parere: *Iob 21,10. vbi futurum ponitur pro præterito. Idem in Hiphil, Mich. 6,14.* יַפְלִיט Eiiciet fœtum. *sed Isa.5, 29.* Prædabitur, *R.D. sed al.* Finget se eruere.] פְּלִיט Euasor. *i.* qui euadit, & effugit: fugitiuus, abiectus: *Ier.44,14.* פְּלִיטִים *&* פְּלִיטֵי Euasores, abiecti, *&c.* פְּלֵטָה *&* מִפְלָט Euasio, liberatio: *Ezech.14,22. Psal.55,9.*

פֶּלֶךְ Scipio, baculus, super quo quis innititur: *2.Sam.3,29. Et* Fusus: *Prou.31,19. & illic secundum Hieron.* [*Item* Prouincia, regio, terminus, confinium: Vicus, pagus: *Nehem.3,9. &c.*]

פָּלַס *In Piel,* Librare, ponderare, dirigere, rectificare: *Prouerb. 5,21. & 4,26. &c.* פֶּלֶס Bilax, statera: *16,11. Vel* Lingula (amussis). *i.* fer-

iuxta illum,) *vel* à loco in quo peregrinatur homo. *R. Abrah.* Crescet locus torrẽtis, qui est גר *.i.* מגּר *.i.* effusus, *à* נָגַר, effundere, defluere. *Al.* Crescere faciet torrentem à loco ex quo defluit. *Hieron.* Diuidit torrens à populo peregrinante, *legens in* מעם *patach pro hiric.* *Item* Redundare, *vel*, Quasi rumpi præ nimia abundantia: *Prou. 3, 9.*] *Et in Niphal, 1.Sam.3,1.* נִפְרָץ Aperta. *Et in Poel, Neh.1,3.* מְפֹרָצֶת Dirutus, destructus.

Et in Hithpael, 1.Sam. 25, versu 10. הַמִּתְפָּרְצִים Qui se diuidunt. *Hieron.* Qui fugiunt. פֶּרֶץ Diuisio, ruptio, ruptura, apertura, percussio: *Isa.58,12. Nehe.6,1. & Psal.144,14. vbi R.Dauid exponit* Sterilitas.

פְּרָצִי *&* פְּרָצִים Rupturæ, aperturæ: *Ham.4,3. et 9,11. & plurale femin. ab alia forma* פְּרָצוֹת: *Ezech.13,5.*

Et aliud, Iudic.5,17. וְעַל־מִפְרָצָיו Et in fracturis, aperturis eius. *Hieronym.* In portubus. *R. D.* In loco vbi diffundũtur flumina. פָּרִיץ Fur, latro, *à diruendis, destruendisque domibus sic appellatus: Psalm.17,4.*

פְּרִיץ חַיּוֹת Latro bestiarum *.i.* alia bestia rapax: *Isa.35,9.*

פָּרִיצִים Latrones: *Ierem.7,11. &c. cum* ֿ *sub* פ *præter normam.*

פָּרַק Conterere, lacerare, frangere, confringere, diuidere, separare: *Genes.27,39.* [Seruare, saluum facere: *Psal.136,24.*] *In Piel,* Conterere, *&c. 1.Reg.19,11. Zachar.11,16. Sed Exod. 32,2.* פָּרְקוּ Separate. *estque imperat.* *In Hithpael,* Frãgi: *Ezech.19,12.* Separari, *vel* separare se: *Exod. 32, 23. & vers. 3. vbi* את *ponitur pro* מן *.i.* à.

פֶּרֶק Fractio, contritio, laceratio: *Nah.3,1. sic Hobad. 14. vbi quidam exponunt* Capita viarum, vbi *scilicet* viæ separantur ab inuicem.

מַפְרֶקֶת Os colli. *vnde* מַפְרַקְתּוֹ Os colli eius: *1.Sam.4,18.*

פָּרַשׁ Exponere, explanare, declarare: *Leuit.24,12.* [Diuidere, dispergere, separare. *In Niphal, Ezech.34,12.* נִפְרָשׁוֹת Diuisæ, dispersæ.] *Et particip. pass. Piel, Nehem. 8,9.* מְפֹרָשׁ Expositum, declaratum *.i.* verbum expositum.

Et in Pual פֹּרַשׁ, Expositum erat, declaratum erat: *Num.15,33.*

Et in Hiphil, Pungere. *vt Prou.23, 32.* יַפְרִשׁ Punget. *Hieron.* Venena diffundet. *Q.* Mordebit *.s.* te. *vel,* Faciet liuores, vt facit morsus serpẽtis. *Al.* Dolore afficiet. *Al.* Stimulabit calcaribus. *à* פָּרָשׁ, *id est,* eques.

פָּרַס Frangere, in frusta concidere, scindere, diuidere: *Isa. 58,7. & cum* שׂ *vice* ס, *Threnor.4,4. & Mich.3,3.* [*Sed Ierem.16,7.* Non יִפְרְסוּ extendent se eis super luctum, *&c. R.D. dicit significare* Expandere manus in luctu, *&* percutere manum ad manum *.i.* Et non lamentabuntur super mortuis, neque cõsolabuntur viuentes. *Al.* Non frangent eis panem.] *In Hiphil* מַפְרִיס, Findere vngulam, diuidere: *Deuter. 14,7. &c.* פַּרְסָה Vngula: *ibidem.*

Plurale פְּרָסוֹת *&* פַּרְסוֹת: *Leuit.11,3. Isaiæ 5,28. Et secundum formam masculin.* פַּרְסֵיהֶן Vngulas eorum: *Zach. 11,16.* פֶּרֶס Gryphus, *Hieron. Leuit.11,13. R.D.* Auis magna, quæ deserta incolit.

פָּרַע *In Cal,* Denudare, discooperire: *Numer.5,18. Leuit.10,6. 21,10. & in Paul, 13,44. Exodi 32, 24.* Deserere, negligere, elongare: *Prou.1,25. 13,17. & 4,15.* Retrocedere, retractare: *Ezech.24,14.* (*sic Prou.8,33. vel* Despicere, postponere. *Tharg.* Conculcare. *Al.* Cessare, deserere.) [Vlcisci: *Iudic. 5, 2. licet quoque possit exponi* Manifestare.]

Et in Niphal, Prouer.29,18. יִפָּרַע Deficiet *.i.* rebellis erit. *Al.* Nudabitur, discooperietur, *aut* manifestabitur. *Q.* Contemptibilis erit. *Et in Hiphil, 2.Paral. 28,19.* הִפְרִיעַ Vltionem fecit in Iehudah. *Al.* Manifestationem fecit. *Sed Exod.5,4.* תַּפְרִיעוּ Cessare facietis (*pro* facitis) populum, *&c.* פֶּרַע Nudatio. *Hieron.* Cæsaries: *Num.6,5.* פַּרְעָה Vltio, vindicta. *Plural.* פַּרְעוֹת *&* פְּרָעוֹת: *Iudic. 5,2. Deut.32,42.* חָפְרַע Chophrah: *Ierem. 44,3. Et est* cognomen ipsius Parhoh, qui erat illo tempore. *Alij putant* ח *poni pro* ה, *& Metathesin esse, quasi esset* פַּרְעֹה, Parhoh, *sic vocatus, quia erat nudatus, aut nudandus, & manifestandus.*

פָּרַץ Diuidere, rumpere, diruere, destruere, dispergere: *2.Sam. 5,18. 2.Paral.20,35.* Diuisionem *aut* rupturam facere: *Exod.19,22. 1.Paral.15,13. Et Genes.38,29.* פָּרַצְתָּ Rupisti, diuisisti? (*.s.* fit) super te diuisio. *Al.* Roborasti tibi robur? *Item Hos. 4,2.* פָּרָצוּ Destruxerunt *.s.* maceriam & custodiã legis, *etc. Et in illo 5, 5. est Macor vice futuri.* Vim facere, cogere: *2.Sam.13,25. &c.* [Crescere, augeri, multiplicari: *Genes.28,14. Iob 1,10. sic 28,4.* פָּרַץ נַחַל מֵעִם גָּר Creuit torrens, (ac si rumperetur) apud peregrinantem (*aut* habitantem *.s.*

& פּוֹרִיָּה Fructificans: *Psal.128,3.*

Et in Hiphil, הִפְרָה Crescere facere *Genes.41,52. &c.* פְּרִי *& cum accẽtu* פֶּרִי Fructus: *1,12. & Ierem. 12,20.*

Et cum affix. sic mutatur פִּרְיוֹ Fructus eius, *&c.* פֶּרְיְךָ Fructus tuus: *Hos.14,9.* [*Et aliud nomen, Cantic.3, 9.* אַפִּרְיוֹן Lectus quo deferuntur spõsæ. *Al.* Carruca. *Hieron.* Ferculum *.i.* gestamen.]

פרז *Inde fit* פְּרָזוֹת Vrbes absque munitione & muro in planicie constitutæ: *Ezech.28,11.*

Et plurale mascul. Hab.3,14. Perfodisti baculis eius caput פְּרָזָו vrbium eius absque muro. *Al.* Exercituum eius. *Vel,* Perfodisti baculis eius caput super vrbes absque muro.

Et Deut.3,5. פְּרָזִי Absque muro.

פְּרָזוֹן Ciuitas absque muro, Villa: *Iudic.5,7. Et cũ affix.* פִּרְזוֹנוֹ Vrbium eius absque muro: *versu 11.*

פְּרָזִים Habitantes, *vel* qui habitant in vrbibus absque muro: *Esth.9,18.*

פָּרַח Florere, oriri, germinare: *Leuit.13,30.* [Volare. *vt Ezechiel.13,20.* לְפֹרְחוֹת Vt volent (*.s.* extra corpora) *siue,* vt sint volantes. *est enim propriè particip. femin. inquit R.D. Tharg.* Vt pereant.] *Et in Hiphil,* Florere, germinare facere: *17,25. Isa. 17,11. Sæpius est intransit. vt Prouer. 14,11.* פֶּרַח Flos: *Num. 17. & cũ affix.* פִּרְחָהּ Flos eius. פְּרָחִים Flores. *vnde* פְּרָחֶיהָ Flores eius: *Exod.25,30.*

פִּרְחַח Paruus, paruulus: *Iob 30, 12. vbi singulare est pro plurali. sunt qui putant nomen esse compositum, ac si d.* פֶּרַח חוֹחַ *.i.* Flos spinæ, *per quem indicat* Filios hominũ, leues *&* cõtemptibiles. *Alij dicunt sic dici, quòd* pueri *sint vt* flores. *Hieron.* Calamitas.

אֶפְרוֹחַ Pullus. *vnde plurale Deuter. 22,6.* אֶפְרֹחִים.

פֶּרֶט Granum, *vel* grana particularia, quæ remanẽt tempore vindemiæ: *Leuitic.19,9.* [*Et Benoni in Cal, Hamos 6, 5.* הַפֹּרְטִים Qui vniunt se (secundum chorum.) *Vel,* Qui particularizant *.i.* particularia habent cantica secundum chorum. *Al.* Qui soluunt cantica. *Al.* Dantes singuli nummum pulsanti *vel* cantori, *à* פְּרוּטָה Obolus, *aut* nũmus. *Vel* פּוֹרְטִים *sunt* fides *aut* chordæ chori *aut* psalterij.]

פרך *Inde* פֶּרֶךְ Duritia: *Exod.1,13. & 14. &c.* פָּרֹכֶת Velum, cortina quæ diuidebat arcam à tabernaculo ecclesiæ: *26,30.*

פָּרַם Scindere, *& propriè* in loco futuræ: *Leuit.13,44.*

cor pro futuro. Et in Niphal, Aperiri: *Gen. 3,5. &c.* פִּקֵּחַ Videns: *Exod.4,11.* פִּקְחִים Videntes: *23,8.*

Et nomen geminatum: Isa.61, vers.1. פְּקַח־קוֹחַ Apertio carceris. *Quidã dicunt* קוֹחַ *esse Macor à* לָקַח *.i.* accipere. *ac si d.* Ad aperiendum & accipiendum eos è carcere. *Al.* קוח *est* Carcer, *sic appellatus, quòd capti & clausi sint ibi.*

פקע *Inde* פַּקֻּעוֹת Colocyntæ, *seu* coloquintidæ *.i.* cucurbitæ agrestes minores satiuis: *2.Reg.4,39.*

Et plural. masculin. פְּקָעִים Cucurbitæ: *1.Reg.6,17. 7,24. &c. vbi Tharg.* Figuræ ouorum, *quia scilicet erant rotundæ vt oua.*

פַּר Iuuencus, vitulus: *Exod.29,1. 1.Sam.1,25. Plurale* פָּרִים.

פָּרָה Iuuenca, vacca: *Numer.19,2. Hos.4,16.* [*Item* nomen vrbis: *Iosue 18,23.*] פָּרוֹת *Plurale: Gen.32,14.*

פרר *Inde fit* פָּרוּר Olla, lebes, cacabus: *Numer.11,8. quære in radice* פאר.

פָּרָא *In Hiphil est* Multiplicare, augere, fructificare. *vt* יַפְרִיא Multiplicabitur, *aut* multiplicabit se, *vel* crescet: *Hos.13,15. Hieronym.* Diuidet. *Al.* Erit vt onager.

פֶּרֶא Onager *.i.* asinus siluestris. *Et Metaphoricè,* Homo siluestris: *Genes.16,12. & cum* ה *vice* א, פֶּרֶה, *Ierem,2,24. Plurale* פְּרָאִים: *14,6.*

פָּרַד Partiri, diuidere, separare. *In Niphal,* Diuidi, *vel* diuidere se: *Iudic.4,11. item Prou.18,1.* נִפְרָד Diuisus, *vel* qui se diuidit, *vel* separat ab aliis, *vel* ab aliorum consilio. *Idem in Hithpael, Psal.22,15.*

Et in Piel, Hos. 4, 14. יְפָרֵדוּ Diuident. *ac si d.* Diuident vxores à maritis suis, fornicando cum illis. *Al.* Scortabuntur vt muli: *vel* Facient opus muli, qui non generat *.i.* coibunt eo pacto, *&c. Et participium passiuum,* מְפֹרָד Diuisus: *Esth.3,8.*

Et in Hiphil הִפְרִיד Diuidere: *Genes.30,38. etc.* פֶּרֶד Mulus: *1.Reg. 18,5. Cum affix.* פִּרְדּוֹ Mulus eius.

Et in plurali פְּרָדִים Muli: *2.Reg.15,17* פִּרְדָּה Mula: *1.Reg.1,32.*

[*Et in coniugatione Cal est* Expandere, extendere: *vnde Ezech.1, vers.11.* פְּרֻדוֹת Expansæ, extensæ. *Sed Iob 1, 17.* Grana diuisa, & dispersa sub terra cuiuscunque seminis. *Hieron.* Iumenta.]

פָּרָה Crescere, fructificare: *Ier. 3,16. &c. sic Deuter.29,18.* Radix פֹּרֶה רֹאשׁ fructificans venenũ. *Et Genes.49,20.* Ramus פֹּרָת crescẽs.

Et in Hiphil הִפְקִיד Cõstituere, præficere, præponere: *Gen.39,4.* Visitare facere: *Leuit.26,16.* Deponere, dare, *vel* tradere in depositum, commendare: *Ierem.36,20. Psal.31,6. Et in Paul,* מְפֻקָּדִים Præpositi, præfecti: *2.Paral.34,12. Et in Hophal,* הָפְקַד Deponi: *Leuit. 6,3.* Visitari: *Ierem.6,6. Et in Pual* פֻּקַּד Numerari: *Exod.38,19.* [*sed Isa.38, vers.10.* פֻּקַּדְתִּי Deficere, carere factus sum, residuo annorum meorum. *Vel* Defeci (*.i.* carui) residuo annorum. *R.Abrah.* Defecit à me(*.i.* mihi) residuum, *&c. Et in Hithpael, Iudic. 20, 15.* הִתְפָּקְדוּ Numerati sunt. *& 21,9.* וַיִּתְפָּקֵד Et respectus est, *vel* memoratus est. פ *debebat secundum normam esse cum* ֿ *&* ק *daghessari.*

Et compositũ ex Hophal & Hithpael, Num.1,47. 2,30. &c. הָתְפָּקְדוּ Fuerunt numerati. פָּקִיד *Nomen Toar,* Pręposítus, præfectus: *2.Reg.25,19.*

פְּקִיד *in regimine.* פְּקִידִים *in plurali.*

פְּקֻדָּה Visitatio, recordatio, respectus: *Isa.10,2.* Numeratio, præfectura: *1.Paral.23,11. Num.3,32. &c.*

[*Illud autem Psal.109,8.* פְּקֻדָּתוֹ Præfectura eius: *exponitur à nonnullis,* Vxor eius, *vel* substantia eius; *eo quòd homo sit illi præfectus. Et Isaiæ 15,7.* וּפְקֻדָּתָם Et opes suas, diuitias, *&c.* ad torrentem salicum, qui est prope vrbem Moab, hostes deferent. *Item 60,17.* Et ponam פְּקֻדָּתֵךְ præfecturam tuam pacem (*.i.* præfectos tuos, *secundum R.Abr.* quia pacificè capiẽt tributum.) *Vel iuxta Hieron.* Visitationem. *Al.* Tributum tuum, quod *.s.* accipient ij, qui tibi præficientur *.i.* pro tributo ponam tibi pacem.]

פְּקֻדּוֹת Visitationes: *Ezechiel. 9, 1.* Præfecturæ *.i.* homines, qui sunt præfecti viris exercitus: *vt 2.Reg.11, 17. 2.Paral.23,18.* פִּקּוּד Præceptũ.

Plurale פִּקּוּדֵי: *Psal. 19,8. R. Abrah. sunt* Præcepta deposita in corde hominis. *R.Dau.* Præcepta intellectus, quæ Deus cõstituit & posuit in corde, & intellectus docet illa. *sic 119, 128. vbi dicitur,* Omnia præcepta כֹּל *.i.* omnium (*.s.* præceptorum legis, *vel* vniuersæ legis) direxi *.i.* recta esse docui. *Al.* Beatificaui *.i.* beata esse prædicaui. פִּקָּדוֹן Depositũ: *Leuit. 6,1. Gen. 41,35.* מִפְקַד Præceptum: *2.Paral.31,13.* [Numerus: *2.Samuel.24,9.*]

פָּקַח Aperire: *Iob 27,19. sic Isa. 42,20. vbi dicitur,* Aperire aures, & non seruabis *.i.* non prodest videre, nisi custodias. *vel est Ma-*

ne sic vocatum: Exod.28,34. Plurale פַּעֲמֹנִים: *39,26. Et in regimine: 28,34.*

פָּעַר Aperire: *Psal. 119,131.* (*& Iob 16, 10. vbi* ב *redundat in* בְּפִיהֶם.)

פָּצָה Aperire: *Iudic.11,35.* [Redimere, liberare: *Psal.144,7.*]

פָּצַח Eleuare vocem, clamare, canere: *Isaiæ 14,7.* [*Et in Piel, Mich.3,3.* פִּצֵּחוּ Contriuerunt, confregerunt.]

פָּצַל *In Piel,* Decorticare: *Genes. 30,36. &* פְּצָלוֹת Cortices: *versu 35.*

פָּצַם *In Piel,* Rumpere, scindere, disrũpere, Aperire: *Psal. 60,4. alibi non inuenitur. frequens est in Tharg.*

פָּצַע Vulnerare, percutere vsque ad sanguinis effusionẽ: *Cantic.5,7. 1.Reg.20,37.* פְּצוּעַ דַּכָּא Fractus attritione *.i.* attritos, fractósque habens testiculos: *Deut.23,3.*

פֶּצַע Vulnus: *Exod.21,25.*

לְפִצְעִי In vulnere meo: *Gen.4,23. vbi* ל *ponitur pro* ב *.i.* in. פְּצָעִים *plurale: Prou.23,29.*

פָּצַר Cogere, vim facere: *Genes. 19,3. &c. Et Macor in Hiphil* הַפְצַר Trãsgredi *.s.* voluntatem: *1.Sam.15,23.* פְּצִירָה Lima: *13,21. vide in radice* פה.

פָּקַד Visitare, recordari, respicere, mentionem facere, *in Cal Genes.21,1. Zachar.10,3. &c.* (*sic Iob 36, 23. vbi exponunt quidam* Memorare. *Al.* Visitare. *Al.* Præficere.)

Præcipere: *2.Paral.36,22.* (*& secundum quosdam Iob 34, 13. licet aliis sit* Proponere, constituere, præficere, *aut* præfici, *vel* memorare.)

Numerare: *Numer.26,63. 1.Paral. 21,6. Item* Deesse, deficere, egere: *Isa.34,16. 1.Sam. 25,15.* Deponere: *Num.4,16. In Paul plerumque significat* Numeratum, *vel* præfectum, præpositum. *idque in plurali* פְּקוּדִים *vel* פְּקֻדִים Numerati: *Exod. 30, 12.* Præfecti, *&c. 2.Reg. 11,14.*

[פְּקֹד *Venit instar Imperatiui, nomen, Ierem.50,21.* Pecod *.i.* Babel, *vel* vna ex vrbibus Babel. *Hierony.* Visita.]

Hoc verbum construitur cum את *et* על, *sed communiter cum* אל *&* על *capitur in malum. Et in Niphal* נִפְקַד *cõmuniter est* Deesse, deficere: *Num.31, 49.* (*& 1.Sam.20,18. vbi potest etiam exponi,* Memorari.) Visitari, Esse in memoria: *Numer.16,27. Isa.29,6. &c.* Constitui: *Nehem.7,1.*

Et in Piel, Numerare, constituere: *Isa.13,4. idque in Benoni.*

פָּרָשׁ Eques, *sic dictus, quòd pungat equum calcaribus: Ezech. 26,7.*
Plurale פָּרָשִׁים: *Genes.50,8.&c.*]
פָּרָשָׁה Declaratio, expositio: *Esth. 4,7. In regimine* פָּרָשַׁת.
פֶּרֶשׁ Stercus, fimus: *Malach.2,3.*
פִּרְשׁוֹ Fimus eius: *Exod.29,14.*
פָּרַשׂ *Cum puncto in sinistro cornu,* Expandere, extendere, dispergere: *Psal.105,39.etc.* [פּוֹרֵשׂ Frãgens. וּפָרְשׂוּ Et conciderunt. *quære in* פָּרַס.] *Et in Niphal*, Dispergi, *Ezech. 17,21. In Piel* פֵּרַשׂ Extendere, dispergere, *etc. Isa.25,13. Sic Psal. 68,14.* בְּפָרֵשׂ Quum extenderit, expanderit. *licet quidam malint*, Cùm percusserit, succiderit, contriuerit. *vide* שֶׁלֶג. *& Isa.1,15.* וּבְפָרִשְׂכֶם Et cùm extenderitis. ר *est cum hiric loco patach. & Ier.4,31.* תְּפָרֵשׂ כַּפֶּיהָ Expandet manus suas. *Al.* Conteret, *aut* percutiet manus suas alterã ad alteram more lugentium. *vt Thren. 1,17.* † מִפְרְשֵׂי עָבִים Expansiones nubium: *Iob 36.*
פְּרָת Euphrates, quartus paradisi fluuius: *Genes.2,14.*
פַּרְתְּמִים Parthemim, *quasi* Perathæi *.i.* Euphratæi, duces habitantes iuxta flumen Perath, *inquit R. Ioseph Kim. Esth.1,3. vide Quadrata in* פרתם.
פָּשָׂה Crescere, expãdi, diffundi: *Leuit.13,5.*
פָּשַׁח *In Piel*, Scindere. *vnde Threnor. 3,10.* וַיְפַשְּׁחֵנִי Et scidit me. *alibi nusquam: sed frequens in Thargum.*
פָּשַׁט Exuere, expoliare: Irruere, irrumpere, grassari, prædari, ire *vel* diffundere se ad expoliandum, & prædandum, vastare: *Hos. 7,1. Leuitic.6,10. Iudic.9,33. 1.Sam.27,10. vbi* אֶל *ponitur pro* אָן *q. d.* Quó irruistis, *&c. de quo vide in* אֵל.
פְּשֹׁטָה Exuere *pro* exuite vos. *Macor pro imperat. Isa. 32,11. R. D. dicit esse imperatiuum femin. plural. numeri.*
In Piel, Expoliare: *1.Sam.31,8.*
Et in Hiphil הִפְשִׁיט Expoliare, *&* exuere fecit: *Iob 19,9. Numer.20,26. &c.* [Excoriare fecit: *Leuitic. 1,6. Mich.3,3. 2.Paralip.29. & 35.*]
Et in Hithpael, 1.Sam. 18,4. וַיִּתְפַּשֵּׁט Et exuit se. *vbi* אֶת *ponitur pro* מִן *.i.* de, *&c.*
פָּשַׁע Deficere *.i.* rebellare, præuaricari: Recedere à volũtate & præcepto Domini ex superbia: *2.Reg.3,7. Construitur cum* ב *et* עַל. *Et cũ* מִן *potest exponi per* Deficere.
פֹּשֵׁעַ Præuaricans, prẹuaricator, rebellis: *Isa.48,8. In Niphal, Prouer. 18,19.* Frater נִפְשָׁע Durior est ciuitate forti. *Q.* Frater à fratre offensus, melior est ipsi fratri præuaricanti quàm ciuitas fortis, ad eripiendum eum. *Al.* Frater qui præuaricatur *.i.* à quo egreditur præuaricatio, magis præuaricatur quàm ciuitas, *&c.*
פֶּשַׁע Defectio, rebellio, præuaricatio: *Exod. 22,8. & Mich.1,5.*
מֶה־פִּשְׁעִי Quæ præuaricatio? *vel* Quis (*.s.* fuit causa) præuaricationis? *& Psal.36,2.* Dixit Præuaricatio *.i.* Cogitatio mala, ad impium, *&c.*
Et cũ affix. פִּשְׁעוֹ Prẹuaricatio eius, *&c.* פְּשָׁעִים *&* פִּשְׁעֵי *in plurali* Præuaricationes.
פָּשַׂע *Cum puncto in sinistro cornu,* Incedere, deambulare, gradiri: *Isa.47,4.* פֶּשַׂע Incessus, *vel potius* Passus: *1.Samuel.20,3.*
מִפְשָׂעָה Nates, verẽda: *1.Par.19,4.*
פָּשַׂק *In Cal & Piel*, Aperire: *Prouerb.13,3. Ezech.16,24.*
פָּשַׁר Interpretari. *vnde* פֵּשֶׁר Interpretatio: *Eccl.7,30. Hieron.* Solutio.
פֶּשֶׁת *Inde fit* פִּשְׁתָּה Linum: *Isa.42. Plural. mascul.* פִּשְׁתִּים Lina: *Isa.19,9.* בְּפִשְׁתֵּי In linis ligni *siue* arboris: *Iosu. 2,6. R. D.* In linis *.i.* in culmis linorum.
פָּתַת In frusta concidere, frangere: *Leuit.2,6. vbi est Macor, vel Imperat. pro futuro.* פַּת Frustum, buccella, portio: *Gen.18,5.*
Cum affix. פִּתּוֹ Buccella eius.
פִּתִּים Buccellæ *in plurali. Et aliud Ezech. 13,19.* וּבִפְתוֹתֵי לֶחֶם Et in buccellis panis. *Et verbum in Hiphil secundum R.Iehudah, Prouerb. 24,25.* וְהַפְּתוֹתָ Et confringes (*pro*, vt confringas eum.) *debuerat esse secundum normam* וְהֲפִתּוֹתָ.
פָּתָה Inclinare, declinare cor ad ea quæ sunt præter rationẽ & veritatem: *Iob 5,20. Hoseæ 7,11. Deut.11,16. & Iob 31,27.* וַיִּפְתְּ Et declinauit, *&c. sic Prouer.20,19.* וּלְפֹתֶה Et declinanti *.s.* ad te. *vbi quidam habent*, suadenti, persuadenti. *Al.* Blãdienti, dilatanti. *In Niphal, Iob 31, 9.* נִפְתָּה Declinauit, *aut* inclinatum est, *aut* inclinauit se. *sic Ierem.20,7.* וָאֶפָּת *pro* וָאֶפָּתֶה Et inclinaui, *vel* inclinatus sum. *Et in Piel* פִּתָּה Suadere, persuadere, inclinare facere: *ibidem. Ezech. 14,9. &c. Hieron.* Seducere, decipere, lactare. [*sic illud Prou. 24, 28.* וַהֲפִתִּיתָ, *de quo in* פָּתָה. *vbi* ה *est vice* אִם *.i.* si. *ac si d.* Et si declinare fecisti eum, *&c. Et in Pual,*

Ezech.14,9. & Prouer.25,15. idque in futuro, יְפֻתֶּה Persuadebitur.
[*In Hiphil*, Dilatare. *vt Gen.9,27.* יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת Dilatet Deus Iepheth. *ponitur pro* יַפְתֶּה, *frequens est in Tharg.*] פֶּתִי Simplex, qui facilè suadetur, credens omnibus, qui declinat & flectitur ad omne verbum. *Hieron.* Insipientem, stultum, *vel* paruulum *vertit. Psal.19,8.&c.*
[Simplicitas: *Prouer. 1,22.*]
פְּתָאִים *&* פְּתָאִם פְּתָיִים פְּתָיִם *Plural. Prou.1,22. 5,8. 14,18.* פְּתַיּוּת Simplicitas: *9,13. vbi dicitur* Mulier simplicitatis *.i.* simplex. *Et quia* simplex omnia celeriter, nihil habens pensi, operatur, *deducitur hinc* פִּתְאֹם Mox, repente, statim: *Psalm.64. Interdum iungitur cum alia dictione idem significante, vt Isa.30,13. &c.*
פָּתַח Aperire, soluere: *Isa. 14,17. &c. In Niphal*, Solui: *5,27. 51,14.* Aperiri: *25,18. In Piel* פִּתַּח *vel* פַּתַּח Soluere: *Iob 30,11.* (*Et intransitiuè*, Soluere se, aperire se: *Cantic.7,12. Isa.60,11. & 48,8. nisi dicas hiric esse loco kibbuts, vt sit Pual.*)
[Pingere, sculpere, cęlare, (*vel* sculpere, *aut* pingere facere;) *Exod. 28. 2.Paral. 3,6. Zach.3,9. & in Paul* מְפֻתָּחֹת Sculptos: *Exod.39,6.*]
Et Benoni 1.Reg.20,11. Ne glorietur accinctus כִּמְפַתֵּחַ sicut solutus (*.i.* discinctus.) *In Hithpael* הִתְפַּתְּחִי Solue te: *Isa.52,2.* מַפְתֵּחַ Clauis, *ab aperiẽdo sic dicta: 22,22. et 1.Par.9,26. vbi quoque exponitur* Apertura, *aut* apertio. *Et in regimine cum hiric sub* ם, וּמִפְתַּח Et apertio: *Prou.8,6.*
פֶּתַח *&* פִּתְחוֹן Apertura, apertio: *Ezech. 29,21. & Psal. 119,30. Et sic illud Prouer. 17,18.* פִּתְחוֹ Apertionem suam. *vt exponunt Doctores Hebr.*
Et in plurali, Mich.7,5. פִּתְחֵי־פִיךָ Apertiones oris tui. *Hieron.* Claustra.
פֶּתַח Ostium: *Gen.18,1.*
הַפֶּתְחָה Ad ostium: *19,6.*
פִּתְחוֹ Ostium suum: *Prouer. 17,18. idem habes supra.* פִּתְחֵי *et* פְּתָחִים Ostia, ianuæ: *8,3. Isa. 13,2.* [Gladij, *ab euaginando sic dicti: vt Mich. 5,6.* בִּפְתָחֶיהָ In gladiis eius. *& aliud forma femin. Psal.55,22.* פְתִחוֹת Gladij.
פִּתּוּחַ Sculptura, cælatura, pictura: *2.Paral.3,14. Plurale* פִּתּוּחִים.]
פָּתַל Peruertere, luctari, conari. *In Niphal, vt Gen.30,8.* נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי Luctationibus Dei *.i.* maximis (*aut* conatibus maximis *vel* vehementissimis) luctata sum, (conata sum.) *Mos enim luctãtum est, vt alter alterum conetur subuertere,*

uertere, vt ruere faciat illum. Alij deducunt à פְּתִיל *.i.* filum retortũ, quod est fortius. *q. d.* Roboraui me. *Al.* Coniunctionibus Dei (*.i.* quæ sunt à Deo) coniuncta sum. נַפְתּוּל *Est nomen ex Niphal*, Lucta, conatus.
נִפְתָּל Peruersum, prauum: *Prouer. 8,8. Plurale* נִפְתָּלִים. *Et in Hithpael Psal.18,27.* תִּתְפַּתָּל Peruersus eris. *sic 2.Sam.22,25.* תִּתַּפָּל *pro* תִּתְפַּתָּל, ת *positum est ante* פ. *Toar geminatum,* פְּתַלְתֹּל Peruersus: *Deut.32,5.*
פָּתִיל Frustum panni paruum: *Numer.19,15.* (*& sic Gen.38,17.* וּפְתִילֶךָ Et pallium tuum, *vel* tegmen. *Hieron.* Armillam tuam.) [Filum duplicatum, & tortum: *Exod.28,37.*]
פְּתִילִים Pallia, (*vel* vestes, *aut* fila:) *Genes.38,24.*
פֶּתֶן Aspis: *Psal.58,5. Plurale Iob 20.* פְּתָנִים. מִפְתָּן Limen inferius quod calcatur: *1.Sam.5,5.*
פֶּתַע Mox, statim, protinus, repente: *Prou.6,14. Præponitur ei interdum* ב *&* ל.
פָּתַר Interpretari, exponere, declarare somnia: *Gen.40,21.*
פִּתְרוֹן Interpretatio: *41. Plurale,* פִּתְרוֹנִים: *40,8.*

DICTIONES QVADRATAE.

פִּילֶגֶשׁ Pellex, concubina, Ancilla vnita viro absque scriptura (*.i.* contractu & sponsalibus:) *Genes.35,22.* פִּילַגְשׁוֹ Pellex eius. פִּילַגְשִׁים Pellices, *&c.*
עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם *Ezech. 23,19.* Pellices eorum. *quidam exponunt*, Seruos eorum: quorum membrum (*.s.* virile) vt membrum asinorum est.
פַּעְנֵחַ Reuelator, *nomen Toar: Genes.41,44. Al. est præteritum ex Piel, &* פ *habet patach pro hiric. Alij dicunt esse nomen Aegyptium, vt Hieron.* Vocauit eum lingua Ægyptia Saluatorem mundi. *Tharg.* Virum cui abscondita sunt reuelata. *R.Salom.* Expositorem absconditorum. *Alibi non inuenitur.*
פַּרְדֵּס Pardes, paradisus, hortus, domesticis arboribus cõsitus, Pomarium: *Cantic.4,13.*
פַּרְדֵּסִים Paradisi, pomaria: *Eccl.2,5.*
פַּרְוָר *Est* מִגְרָשׁ Suburbium. *cuius plurale 2.Reg.23,11.* פַּרְוָרִים, Suburbia, suburbana.
פַּרְבָּר Nomen domus. Cellula, *Hieron. 1.Paral.26,18.*
פַּרְעֹשׁ Pulex: *1.Samuel.24,15. & 26,19.*
פַּרְשְׁדֹן *Inde illud Iudic. 3, vers. 22.*
הַפַּרְשְׁדֹנָה Stercus. *R.D. in libr. radic. est* nomen loci. *In Comment.* Ad locum mansionis equitum. *Videtur esse cõpositum à* פֶּרֶשׁ stercus, *&* שְׂרוֹנָה *à* שרה *.i.* effundere. *sic enim habet Thargum* אוּכְלֵיהּ שְׁפִיךְ *.i.* stercus eius effusum.
פַּרְשֵׁז Expandere. *idem quod* פרש *Zain redundante, Iob 26,9. Quidã exponunt quasi esset* פרש *.i.* expandit שַׁדַּי *.i.* omnipotens, *et* זיו splẽdorem suum.
פַּרְתְּם *Inde* פַּרְתְּמִים Principes magni, *R.D. vide* פְּרָת.
פַּתְגִּל *Inde* פְּתִיגִיל Fascia pectoralis: *Isa.3,24. R.D. est* Genus vestis, quam induebant ad gloriam & decorẽ. *Vel, vt alibi ait*, Cingulũ sericũ latũ. *Al.* Vestis subtilis.
פִּתְגָּם Verbum, res, causa, quicquam: *Eccl. 8,11.*
פַּתְשֶׁגֶן Exẽplar, summa, *aut* copia, scriptura, duplũ scripturæ: *Esth.3. & 4. frequens in Tharg.*

LITERA

צ

צֶאֱל Arbor, virgultũ, arbustum *vel* germen iuxta aquam, magnam faciens vmbram. *Plurale Isa.40,16.* צֶאֱלִים Arbores vmbriferæ.
צָב Operimentum lecticæ, *aut* currus, quo deferuntur homines supra dorsum animalium. *vt* עֶגְלֹת צָב Plaustra operimenti *.i.* operta: *Num.7,3. Tharg. Ierosolymitan. habet*, Sex plaustra sociata *aut* biiuga. *Tharg.* Sex plaustra singulatim tecta. *Fortè est* species animalium.
Plurale, Isa.66,20. צַבִּים Plaustra operta *aut* lecticæ. [צָב Crocodilus: *Leuit.11,38.*]
צָבָא Exercitus: *Num. 1,3.* [Finis, terminus, *aut* tempus determinatum, *R.D. Iob 7,1. & 10,17. & secundum R. Abrah. Daniel.10,1. vbi quidam exponit*, Voluntas, *ex* צבא *.i.* Velle, *Chaldaico verbo.*]
Et cum ה *vice* א, *Zach.9,8.* מִצָּבָה Ab exercitu. *Et in regim.* צְבָא *1. Reg.2,3.&c.* צְבָאִים *&* צְבָאוֹת *&* צִבְאוֹת *in plurali.* [*Item* Capreæ: *quære in* צבה.]
Et verbum in Cal צָבָא Militare, dimicare, pugnare, congregare exercitum: *Num. 4,22. 31,7. Isa. 29,7. cum defectu* א, צֹבֶיהָ Pugnantes contra illam; *sed Exod.38,8.* Turmatim cõuenire *seu* congregari. *sic 1. Sam. 2,22. Et in Hiph.* Congregare: *2.Reg. 25,19. & Ierem.52,25.*

צָבָה Tumescere, intumescere: inflari: *Numer. 5,27. Et in Hiphil, Num.5,22.* לַצְבּוֹת *pro* לְהַצְבּוֹת Vt intumescere faciant. *Hinc nomen Toar femin.* צָבָה Tumescens, *ibidem.*
צְבִי Caprea, *aut* capreolus: *Deut. 14,5.* [Gloria, decor, voluntas, desiderium, amor: *Isa.13,19.etc. Item* Terra Israel, *sic appellata, quòd, vt ceruus cæteris animantibus pedibus est velocior, ita terra Israel est facilis & leuis ad maturandum siue decoquendum fructus suos præ aliis terris: vel quia cæteris est desiderabilior: 1.Reg.1,19. Daniel.11,15.*] צְבִיָּה *Feminin.* Caprea: *Cantic. 4,5.* צְבָאִים *&* צְבָיִם *Plural. mascul. 2.Sam.2,18. 1.Paral.12,8.*
Et femin. צְבָאוֹת: *Cant.2,7. 3,5.* [*& sic potest exponi illud Ier.3,13.* צְבִי צִבְאוֹת Gloria caprearum. *Al.* Exercituũ.]
צָבַט Dare, porrigere: *Ruth 2,13. Hieron.* Congessit. *alibi non inuenitur in sacris literis.*
צָבַע Tingere, *aut* colorare: *Iere. 12,9. idque in Paul* צָבוּעַ Tincta, colorata. (*Quidam dicunt esse* auem quãdam coloratam aliis odiosam, *&c.*) *Al.* Auis tincta *.i.* fœdata sanguine. *Vide* עיט. צֶבַע Color: *Iudic.5,30. & plurale* צְבָעִים *ibidem.*
אֶצְבַּע Digitus: *Exod.8,18. Isai.58,9.* אֶצְבָּעוֹת *&* אֶצְבְּעוֹת *In plurali.*
† צְבֹעִים Viperæ, reguli: *1.Sam.13.* Nomen loci, *Hieronym.*
צָבַר Congregare, coaceruare, facere, *aut* fundere aggerem: *Psal.39,7. Habac.1,10.* צִבּוּר Congregatio, coaceruatio, cumulus. *cuius plural.* צִבֻּרִים *2.Reg.10,8.*
צָבַת Manipulus. *vnde* צְבָתִים Manipuli, fasciculi: *Ruth 2,15.*
צָדַד *Inde fit* צַד Latus: *Isa.60,4. Cum affixis & in plurali* ד *habet daghes*, צִדּוֹ Latus eius. לְצִדִּים In latera *.i.* erunt in spinas ad latera, *vel* in lateribus: *Iudic.2,3. vide etiam* צוד.
צִדָּה Ad latus eius: *1.Sam.20,20. cũ* ה *leni, inquit R.D. Videtur tamẽ* ה *importare motum ad locum.*
צָדָה Insidiari: *Exod.21,13.* [*In Niph.* Desolari. נִצְדּוּ Desolata sunt: *Sophon.3,6.*]
צְדִיָּה Insidiæ: *Num.35,20.*
צָדַק Iustificare se, iustum esse: *Iob 33,13. 35,7.etc. Idem in Niphal, Dan.8,14. In Piel* צִדֵּק Iustificare: *Ierem.3,11. & cum additione* ה *in Macor: Ezech.16,52.*
Et in Hiphil הִצְדִּיק *Idem:* (*vel* Facere iustitiam.) *2.Sam.15,4. Deut.25,1.*
In Hithpael, Genes.44,16. נִצְטַדָּק Iustificabimur (*aut* iustificabimꝰ nos.)

Isa:13,21. צִיִּים אֶת־אִיִּים Bestiæ siluestres cum vlulis : Ierem.50,vers.39.

[Item Gentes deserta incolentes: Psal.72,9. Aut Habitãtes in terra deserta. Vel potius Nautæ. sic 74,14.]

צִיָּה Ariditas, siccitas, desertum, aut locus deserti aridus, & siccus: Isa. 41,18. &c. Plurale Psal.105,41. בַּצִּיּוֹת נָהָר In desertis (locis aridis & siccis) tanquam flumen. Al. Abierunt .s. aquæ in loca arida tanquam flumen. Al. Abierunt per naues fluminis. ac si d. Tanta erat aquarum copia, vt illas nauibus transire foret opus. צָיוֹן Idem : Isa.32,2. & 25,5. Hieron. Sitis.

ציין Inde fit צִיּוּן Statua, titulus, aut signum quod ponitur super aut iuxta sepulcrum aut vias: Ezech. 39,15. Plurale צִיֻּנִים Tituli: Ieremiæ 31,21.

ציץ In Cal צָץ Floruit: Ezech.7,10. [Sed in Hiphil, Prospicere. vt Cant.2,9. מֵצִיץ Prospiciens, vel ostẽdens seipsum, & apparens instar florum, quum egrediuntur. Al. Ostendens cincinnum capitis.]

יָצִיץ Florebit : Isa.27,6. (& Psalm. 132,18. Vel, Conspicietur diadema eius. Al. Plenum sit laminis aureis. R.Salom. Splendeat, luceat, à נוֹצְצִים .i. scintillantes, splendentes. de quo in נוץ.) וַיָּצֵץ צִיץ Et floruit flos. Vel, Et florere fecit florem: Num.17,8.

צִיץ Flos, Ibidem. [Lamina: Exod. 28,36. Ala: Ierem.48,9.] צִיצִים Flores: 1.Reg.6,18. Iod absorptũ est in daghes. צִיצִית Fimbria vestimenti .i. extremitas quæ cæsuratim recisa dissecatur. Fila quæ præcipit scriptura vt suspendantur in ala vestis: Num.15,37. [Cincinni capitis .i. capilli pendentes sicut ala vestis: Ezechiel.8,3.] Et aliud, Isa. 28,4. צִיצַת נֹבֵל Flos cadens: est coniunctum pro absoluto. Vel est nomen femin. cũ ת, quod coniungitur cum mascul. נֹבֵל.

צית & יצת eiusdem sunt significantiæ .i. Accendere, succendere. vide in יצת.

צלל Inde fit צֵל Vmbra: Iudic. 9, 36. & cum affix. recipit daghes, vt בְּצִלּוֹ In vmbra eius: Cant.2,3. Et perfectum צִלְּלוֹ Vmbra sua: Iob 40,17. Plurale צְלָלִים & צִלְלֵי Cantic. 2. et 4. Et verbum in Cal, Inumbrare: vt Nehe. 13,19. Cùm צָלְלוּ inumbrassent, fecissent vmbram. Al. Inclinatæ essent vmbræ vespertinæ in portis, &c. Al. Quum peruenissent vmbræ ad portas. [Item Mergere, submergere, Tinnire: vt Exod.15,10.

Isaiæ 8,8. Et sine א protractiuo, צַוָּרָם Collum suum: Nehem.3,4.

Plural. in regim. צַוְּארֵי Colla: Ios.10. 24. † Et femin. צַוָּארוֹת Mich.2,3.

Et cum נ redũdante, מִצַּוְּרֹנָיִךְ De collis tuis .i. collorum tuorũ: Cant.4,9.

צחח Inde fit צְחִיחַ Locus eleuatus & altus in petra: sic appellatus, eo quòd sit aridus. vt Ezech.24,7. עַל־צְחִיחַ סֶלַע Super locum eminentem petræ. Hieron. Super limpidissimam petram. sic versu 8. & 26,4. Tharg. In lenitate petræ nudæ .i. super quam non erit puluis. Plurale: Nehem. 4,13. בַּצְּחִיחִים In locis eminentibus. Item aliud, Psalm. 68,7. צְחִיחָה In loco arido & sicco, (secundum R.D. & R. Abr.) Et geminatum, Isa.58,11. בְּצַחְצָחוֹת In siccitatibus .i. tempore siccitatis, cùm erit penuria & siccitas: vel, vt Tharg. In annis siccitatis. צִחֵה Nomẽ Toar & in regimin. Isa. 5,13. צִחֵה צָמָא Arida (sicca) siti. [Verbũ in Cal, Mũdum esse, candescere, splendescere. vt Threnor.4,7. צַחוּ מֵחָלָב Nitidiores (candidiores) fuerunt lacte. צ est cum ־ propter ח quæ respuit daghes.

צַח Toar, Mundus, purus, nitidus, serenus, candidus: Cantic.5,10.

sic Isa.18,4. כְּחֹם צַח עֲלֵי אוֹר Sicut aer clarus (serenus) propter lucem, aut solem, vel (vt quidam exponũt) post pluuiam. Item Ierem.4,11. Ventus צַח Serenus. vel Aridus, & siccus.

Et Toar femin. צְחוֹת Nitida (.s. eloquia, nitida verba:) Isa.28,4.

צחן Inde צַחֲנָה Fœtor: Iob 2, 20. alibi non inuenitur.

צחק Ridere, irridere, deridere, subsannare: Genes.18,15.

Idem in Piel: 19,14. & 26,8. Iudic. 16, &c. [Sed Genes.39,17. Exod.32,6. quidam exponunt Ludere .i. Adorare idola. (vt etiam Gen.21,9. vbi secundum R.D. est Subsannare.) Al. Discooperire turpitudinem.]

צְחֹק Risus, subsannatio: Genes.21, 6. Ezech. 23,32.

צחר Inde fit צָחֹר Albus, a, um: Ezech.27,18. צְחֹרָה Alba. & צְחֹרוֹת Albæ: Iudic. 5,10.

ציה Inde fit צִי Nauis: Isa.33,21. Hieron. Trieris. וְצִים מִיַּד כִּתִּים Et naues de littore, (aut loco) Chitthim .i. Italiæ, vt habet Hieron. vel Chitthim .i. Romani: Num.24, 23. Ezech. 30,9. Et cum duplici iod, & priori mobili צִיִּים Naues, &c. & Isa.23,13. לְצִיִּים Nauibus, vel Pro nauibus. Al. Pro bestiis. צִיִּים Sunt etiam Bestiæ desertum incolentes:

Et cum affixis holem mutatur in surec. vt vers.8. מְצוּרֵךְ Obsidio tua: vel Obsidiones tuæ; quia quidam codices habent iod. sic in plurali, Isa.29, vers.3. מְצֻרֹת Obsidiones. Et cum ה femineo, מְצוּרָה Munitio: 2.Paral.14,6. & in plurali מְצֻרוֹת: 11,10. & vers.23.

צַר Arctus, angustus, strictus: Numer.22,26. [Hostis, inimicus, æmulus: 1.Sam.2,36. vbi est in regimine, vel subauditur ב .i. in. ac si d. Inimicum in habitaculo. Angustia, afflictio, oppressio: Iudic. 11,7. Isai. 63,9. vbi legitur לא pro לו. etc. & vtroque modo exponitur, 59,19. Angustia, vel hostis. sic etiam 5,30. Angustia & lux: (quidam exponunt, Sol & luna.) potest etiã verti .i. Et tenebræ hostis aut inimici.] בַּצַּר לְךָ In angustia tibi (.i. tua, aut quæ erit tibi:) Deut.4,30. cuius generis multa passim reperies.

צָרִים Hostes, inimici, aduersarij: Thren.1,7.&c. Et feminin. cum affix. צָרָתָהּ Æmula eius: 1.Sam.1,6.

צָרָה Angustia, oppressio, afflictio, tribulatio: 1.Sam. 26, 23. [& Isaiæ 63,9. In omni צָרָתָם tribulatione eorum, tribulatio ei. R.Ionah exponit, In omni fortitudine eorum, roborauit eũ .s. Israelem.] צָרַת In regimine, Gene.42. צָרוֹת in plurali.

Inuenitur etiam cum duplici signo femin. Psal. 120, 1. בַּצָּרָתָה לִּי In tribulatione mihi (.i. mea, aut quæ erat mihi.) additio ה auget. ac si d. In multitudine angustiæ. צִיר Dolor. [Legatus: Prouerb.26,13.&c. Item Cardo: vers.14.] צִירִים Angustiæ, dolores: Isa. 13,8. vbi exponitur, vel Angustiæ, siue dolores apprehendẽt .s. eos (vt habet Tharg. & rectè.) vel Angustias tenebunt. [Legati: 18, 1. 57,8.] Itẽ Idola, simulacra: 45,16.

צוּר Saxum, petra: Prou. 30,19. Et Metaphoricè, Fortis, fortitudo, Deus: vt Deut.32. Psal.73,25.&c. item Iob 18,4. potest exponi vel Deus, vel Petra. [Sed Psal. 89,43. Redire fecisti (.i. retudisti) צוּר Aciem gladij. Vel est Toar .i. Acutum gladium eius.]

צֻרִים Petræ: 78,15. [Itẽ Ios.5,2. Fac tibi gladios צֻרִים Acierũ, vel acutos.]

חֶלְקַת הַצֻּרִים Ager fortium: 2.Sam. 2,16. Et femin. Iob 28,10. בַּצּוּרוֹת In petris. Inuenitur & aliud cũ holem צֹר Petra: Ezech.3,9. & cum patach כְּצַר Sicut petra aut silex: Isa.5,28.

צוּרָה Figura, exemplar. vnde צוּרַת in regimine, Ezech.43,11. & צוּרוֹת Figuræ: ibidem. וְצוּרָם Et imaginem, aut figuram eorum: Psal. 49,15. ponitur pro צוּרָתָם. צַוָּאר Collum:

mellis: Prou.16,24. & Psal.19,11.

צוק [In coniugatione Cal, Adhærere: vt Psal. 41,9. יָצוּק־בּוֹ Adhęrebit illi.] Sed in Hiphil הֵצִיק Angustiis afficere, affligere, coarctare: Iudic.16,16. Isa.29,2. מֵצִיק Opprimens, coarctans, angustia afficiens: 51,13. Et in Paul, Iob 36,16. מוּצָק Coarctatus, a, um. sic לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ Secundum quod coarctata. Vel est nomen, Secundum quod angustia fuit ei: Isa.8,22. [Significat & Statuere. vt Iosu.7,23. & 2.Samuel. 15,24. וַיַּצִּקֻם Et statuerunt ea. וַיַּצִּקוּ Et statuerunt.] מָצוּק Toar, Oppressus, coarctatus, &c. 1.Sam.22,2. Item Angustia, afflictio: Ierem.19,9.

צוֹק & צוּקָה Angustia, afflictio: Daniel.9,25. Isa.8,22. מְצוּקָה Idem: Sophon.1,15. & in plural. Psal.25,17. & 107,6. [מָצוּק Idem quod מַעֲמָד Status, statio, columna. vt 1.Sam.14,1. vbi exponitur, Dens vnus (aut scopulus vnus) מָצוּק stans ab Aquilone. Vel Dentis vnius statio, &c.

מְצֻקֵי אֶרֶץ Stationes (columnæ iuxta R.D.) terræ: 2,8.]

צור Obsidere, coarctare, angustiis et afflictionibus afficere: Deuter.20,12. Exod.2,20. 23,22. Ligare: Deuter.14,25. & Ezech.5,3.

[Formare, figurare. vt Psal. 139,5. (licet alij retineant priorem significationẽ. ac si d. צַרְתָּנִי Obsedisti me .i. circundedisti me vndique scientia tua instar exercitus.) Item 1.Reg.7,15. Exod.32,4. idque in futuro וַיָּצַר Et formauit, etc.] Item Isa.28,20. Et opertimentum צָרָה angustum est, est præteritum, quia accentus est millel.

צוּר Liga: Isa. 8,16. potest deduci à צרר & נצר. נָצוּר עָלֶיהָ Obsideamus, circundemus illud: Cantic.8,9. Al. Muniamus. וַיָּצֻרוּ Et ligabant, vel figurabant: 2.Reg.12,10. In Niphal Isa.1,8. נְצוּרָה Obsessa. surec est loco holem. Vel est Paul à נָצַר .i. Desolata, destructa. In Hiphil הֵצַר Obsidere, vel obsidere facere, Opprimere, & angustiis doloribusq; afficere: Deuter.28,50. Soph.1,17. 2.Paral.33,12. etc.

† אִשָּׁה מְצֵרָה Mulieris dolentis, miseræ, & angustiatæ: Ierem.48,41.

[In Hithpael, Ios.9,4. וַיִּצְטַיָּרוּ Et ostẽderunt se legatos. Hieron. legit ד pro ר, interpretatus Tulerũt sibi cibaria.]

מָצוֹר Obsidio, munitio, aut ciuitas munita, sic dicta, quòd obsidione, fame, & siti capiatur: Deut.20,20. Ezechiel.4,2. Mich.5,1. [Ægyptus, à munitione sic appellata: 2.Reg.19,23.]

מְצוֹר In regimine, Ezech.4,7.

Et cum

dare, iubere: Gen.7,9. &c. Disponere: 2.Reg.20. In imperatiuo & futuro sæpè amittit ה, vt fieri solet in verbis desinentibus in ה. vt Isa. 38. וְצַו Et præcipe. יְצַו Præcipiet: Deut.28. &c. הֲצַוֻּנִי Præcipietis mihi .i. (inquit R.Dau.) Præcipietis prophetis pro me, vt dicant vobis verba, & annũcient vobis, quæ facturus sum propter filios meos, id est, Israel.

Et in Pual צֻוָּה Iuberi, pręcipi: Numer.3,16. מִצְוָה Præceptum, iussus, iussio: Prouerb.6,21. &c.

מִצְוַת In regim. מִצְוֹת Præcepta, mandata. צַו לָצָו Præceptũ ad (.i. post) præceptum .s. datur eis more puerorum: Isa.28,10. est Nomen, omnium Hebræorum consensu, non Imperat.

צוח Clamare, vociferari: Isaiæ 42,11. Et nomen צְוָחָה Clamor: Psal.144,14. צִוְחַת In regimine, Ierem.14.

צול Inde fit צוּלָה Multitudo, atque profunditas aquarum .i. Abyssus, vorago: Isaiæ 44,27.

מְצוּלָה & מְצֻלָה Idem, vel Profundum: Psal.69,3. Iob 41,23. Zach.1,8.

מְצֻלוֹת & מְצוּלוֹת Profunda, voragines: Psal.68,22. Exod.15,5.

צום Ieiunare: 2.Sam.12,21.&c. sic Zachar.7,5. צַמְתֻּנִי Ieiunastis mihi (vel propter me.) ponitur pro צַמְתֶּם, vide אֵין בַּעֲבוּרִי. צוֹם Ieiunium: Isa.58,6. צוֹמוֹת Ieiunia: Esth. 9. [Sed 1.Reg. 21,9. & vers. 12. & Ierem. 36,6. quidam exponit, Cœtus, congregatio. Et sic capitur hoc nomẽ vbi non agitur de pœnitentia, pro Congregatione.]

צון Plerumque scribitur cum aleph, צֹאן Commune nomẽ ad minuta animalia, vt oues & capras.

Pro Ouibus tantùm capitur 1.Sam. 25,2 Et pro Capris tãtùm Gen.31,10. & interdum de grandioribus dicitur: vt pro bobus, camelis, &c.

Pecus, udis: pecus, oris: vt Leuit. 1,10. Caret plurali. Et cum א mobili, Numer.32,24. לְצֹנַאֲכֶם Pecudibus vestris. & aleph est transpositum.

Et cum ה redundante in fine: vt Psal. 8,7. צֹנֶה Oues.

צוף Natare, enatare, superfluere: vt צָפוּ, Thren.3,33. & Ezech. 32,6. vbi est particip. femin. צָפָתֶךָ .i. Natantem tuam .i. terram tuam (planiciem tuam,) super quam natabãt aquæ. In Hiphil הֵצִיף: Deuter.11,4. Natare fecit, submersit. sic 2.Reg. 6,6. וַיָּצֶף Et natare fecit (.s. propheta) ferrum. Hieronym. Natauitque ferrum. צוּף Fauus, vel placenta

צַדִּיק Iustus: Genes.6, vers.9. Plurale צַדִּיקִים. צֶדֶק Iustitia: Deut.16,20. Et cum affix. צִדְקוֹ Iustitia eius, &c. Et cum ה femin. Isa.45,23. צְדָקָה Idẽ. צִדְקָתוֹ Iustitia eius, &c.

In plurali צְדָקוֹת & צִדְקוֹת.

צהב Inde fit צָהֹב Flauus, aut aureus color, seu color propinquus colori auri: Leuitic. 13,30. Et participiũ in Piel, Ezr.8,17. מֻצְהָב Deauratum, coloratum instar fului & aurei coloris.

צהל Exultare: Isa. 24,14. Ierem. 31,7. Hieron. Hinnire. Et 50,11. Mugire. R.Abr. dicit hoc verbum significare Eleuare, exaltare vocem: Isa.10,30. vbi est transitiuum.

[In Hiphil: Psalm.104,15. לְהַצְהִיל Vt mundet, illustret, splendere faciat faciem, &c.] Nomen, Ierem.8,16. Propter vocem מִצְהֲלוֹת hinnituum: & 13,27.

צהר Inde fit צֹהַר Fenestra, sic appellata, quòd lux per illam ingrediatur. (†quidam dicunt esse lapidem preciosum & lucidum.) Gen. 6,16. צָהֳרַיִם Meridies, tempus in quo lux est fortis ex vtroque latere: Isa.16,3. [יִצְהָר Oleum: 2.Reg.18,32. Et verbum in Hiphil, יַצְהִירוּ Facient (pro fecerunt) oleum. Hieron. Meridiati sunt: Iob 24,11.]

צוא Inde fit צוֹאָה Sordes, stercus. Vide etiam יצא.

צוד siue צור Venari: Thren.3,51. 4, 18.&c. Et in Poel Quadrata צוֹדֵד Idem: Ezech.13,20. &c.

[Sed in Hithpael, הִצְטַיַּדְנוּ אוֹתוֹ In escam, vel viaticum parauimus nobis ipsum. Al. Viaticum habuimus: Iosue 9,12.] צַיִד & in regim. צֵיד Venatio: Genes.10,9. 27,24. sic Prouer. 12,27. Non aduret dolosus צֵידוֹ venationem suam, aucupium suum, (.i. alas auis quã venatus est, ne possit aufugere.) [Item Esca, cibus: Nehem.13,15. &c. Et in regim. Ios.9,5. Et cum ה signo femin. צֵדָה vel צֵידָה Genes.42,25. Iosu.1.] צַיָּד Venator.

Plurale צַיָּדִים: Ierem.16,16.

מָצוֹד Rete. vnde Iob 19,6. מְצוּדוֹ Rete suum me circundare fecit. Vel, Et reti suo me circundedit. Al. Munitionẽ suam. מְצוּדָה & מְצוֹדָה Idem Ezech.13,21. Eccles.9,12. מְצוּדִים Retia: 7,27. sed 9,13. significat Munitiones, à מצר. [Illud verò Ezech.19, 9. בַּמְּצֹדוֹת In retibus: huc rectè pertinet. Et Iudic.2,3. לְצִדִּים In lateribus .i. in spinas lateribus. de quo in צדד. Daghes est loco literæ raphandæ.]

צוה In Piel צִוָּה Præcipere, man-

צללו Demersi sunt. (sic illud Nehem. 13. superius citatum, R. Iud. exponit.) Sed Habac.3,16. Tinnierunt.]

Et in Hiphil, Ezech. 31,3. מֵצַל Inumbrans, faciens vmbram. est Benoni. vel est nomen Toar. [Sed 1.Samu.3,11. תְּצִלֶּינָה Tinnient (mouebũt se pauore) vel Contremiscent. Sic in Niphal, Ierem.19,3. & 2.Reg.21,12. תְּצִלֶּנָה Tinnient, mouebunt se, etc.]

Et nomen Toar geminatum, Isa.18,1. צִלְצַל כְּנָפָיִם Inumbrans, obumbrans alis .i. vmbram faciens mundo ob magnitudinem aut multitudinem alarum suarum. id autem dicitur, ob multitudinem nauium, quæ, velis expansis, ex illa egrediuntur. Hieronym. Væ terræ cymbalo alarum.

צְלוֹל Auditus tremoris, strepitus, rumor: Iudic.7,13. Aliam expositionem vide in צלה.

מְצִלָּה Cuius plurale Zachar.14,20. מְצִלּוֹת Tintinnabula quæ suspendũtur in collis equorum, erantque resonantia, sonitum edentia. Hieron. Frenum. Al. Phaleræ.

צֶלְצְלִים Cymbala, secundum D. Hieron. 2.Sam.6,5. בְּצִלְצְלֵי שָׁמַע In cymbalis auditus .i. bene sonantibus: Psalm.150,5. Et aliud forma dualis, מְצִלְתַּיִם Cymbala: 1.Paral.15,19. etc.

צִלְצַל Hamus, culter piscatorius, aut aliquid huiusmodi. Al. Nassa, fiscella: Iob 40,25. Al. Vmbracula piscatoria.

